


1552










POSTEL (Guillaume

IOANNIS B



ABRAHAMI PATRIARCHAE LIBER IEZIRAH,


ſiue Formationis mundi, Patribus quidē Abrahami tēpora præcedentibus reuelatus, ſed ab ipſo etiā Abrahamo expoſitus Iſaaco, & per Profetarū manus poſteritati conſeruatus, ipſis autem 72. Moſis auditoribus in ſecundo diuinæ veritatis loco, hoc eſt in ratione, quæ eſt poſterior autho ritate, habitus.

Vertebat ex Hebræis, & commentarijs illuſtrabat 1551. ad Babylonis ruinam & corrupti mundi finem, Guilielmus Poſtellus, Reſtitutus.

PARISIIS,

Væneunt ipſi authori, ſiue interpreti, G. Poſtello. In ſcholis Italorum.

1552.



 GVLIELMVS POSTELLVS, RESTItutus, Sacroſancto Senatui rationum diuinarum arbitro, S.



Via veſtri conſortii diligentia & ſummo in Deum & veritatem ipſam amore diuinitus excitato factum eſt, vt tandem toti orbi terrarum ſit (vobis etiam incogitantibus) reſtituta illa ſupremæ veritatis lux & recta primáque ratio, ad quam obſeruandã homo conditus eſt, ideo merito vobis, tanquam diuini iuris peritißimis ſummíſque arbitris, hanc reſtitutæ doctrinæ ſpeciẽ cõmittere decreui. Quum enim ab illis ſcriptorib⁹, qui veſtri ordinis ſunt alũni aut commilitones, eas deſumpſerim reſolutiones primæ veritatis, qua duce & teſtamẽtum æternum, & Monarchan eius aſſer=

torem excitare constitutum ..., & vere meri
to etiam hanc Abrahami doctrinam ve=
stro inscriptam ordini posteritati conse=
crauero, vt cognoscat totus orbis, in eadẽ
conditione semper fuisse ecclesiam Dei.
Quum enim constet innumeris scriptori=
bus vestræ scholæ alumnis, ita in vtrãque
partem fuisse de diuina veritate disce=
ptatum, vt rationi rectæ aut omnino con=
sentire, aut nil repugnare videatur, con=
stet etiam legem illã æternam, qua duce
aureum seculum saltem sub Noacho (qui
& Ianus dictus est) 350 annos vixit,
fuisse omnino rationi coniunctißimam, vt
suo patet præscripto, multo constantius
debet credi, vt lex scripta & authoritate
recte intellecta, & ratione duce seipsam
defenderit & asseruerit. Licet enim &
propter odia Iudæorum in & propter
illam separationem, quæ mortuis Aposto=
lis & ad gentes conuersis facta est à gen=
te

te Iudaica diris & rabie contra nos per=
cita, nunquam quicquam de ſecretiori
& expoſitoria doctrina ſacræ ſcripturæ
veteris teſtamenti in eccleſia potuerimus
recipere, tamẽ eſt omnino neceſſarium, vt
ante aduentum Chriſti, & in authoritate
& in ratione fuerit duce ſpiritu ſancto
per probos & ſanctos viros expoſitus ve
rus ſcripturæ ſenſus, quanuis à deprauatis
ſcribis & Fariſæis fuiſſet falſis traditionibus
idem ſenſus econtrario maculatus. Nam fieri alioqui nunquam potuiſſet,
vt Chriſtus Rex Iudæorum iure reprehendiſſet
de mala & falſa intelligentia ſacrorum,
Fariſæos & ſummos ſacerdotes,
niſi ſecundum eccleſiæ catholicæ conſenſũ
refugiſſent illa intelligere. Neceſſe itaque
eſt, vt & fidei articulos, & interpretationes
ſacras haberent ſenſim in eccleſiæ
curſu editas & expoſitas, quibus ipſis boni
& ſimplices crederent, mali & aſtuti

peruersiq; magistratus & doctores auari illas negligerent: quod adhuc patet in Raboth, Midraßim & in Thargum, præcipue super Cantica Canticorũ, vbi ipsæ eædem parabolæ, quibus & instruxit Apostolos, & condemnauit Farisæos Christus, leguntur. Quum enim Christianismus nil aliud sit, quã legis adimpletio & Iudaismi reformatio, opus est Christum non tantum secundum authoritatem literæ, sed maxime secundum sensum, omnem noui testamenti doctrinam tradidisse. Hic autem sensus erat, aut vt secundum authoritatem solum & ad literam, manifestaretur populo, in vsum reipub. aut vt propter secreta mysteria solis exponeretur sacerdotibus iustitiæ & legis arbitris, atque intra 72. numerũ cooptatis, cuius innumerierãt libri, vt apud nos de Sacramẽtis & mysticis sensibus. Quum autem scirent Mathematicas artes habere suam materiam

teriam

teriam media in natura inter corporalia & incorporea, diuina autem esse omnibus doctrinis mundi sublimiora, constituere voluerũt omnium rerum principia in diuini verbi explicatricibus cœlitúsque datis literis, quæ consurgat puncto simplici, vt in vocalibus, pũcto & lineis, vt in accentibus, puncto, lineis & figura prima, vt in literis, quæ ex Iod deducuntur. Est autem Iod triangulus constans ex duobus semicirculis & linea recta, quia omnia constant virtute intellectus agentis, intellectus poßibilis, & qui circundãt vndique mũdum suis hemisferiis, & virtute materiæ, quæ motu recto solet ferri. Ideo tota ista doctrina Abrahami refert omnia in diuinas literas 22. & in 10. Virtutes nominum Dei, vnde summa lux & naturæ pro lege æterna siue naturali, & gratiæ siue euangelica, ita vt sint tres diuini sensus rationes pro conciliandis tri=

bus legis diuinæ ætatibus in vnam quartam, quæ est instar omnium. Vobis autem propono, vt vos etiam summa mundi authoritate vobis incogitantibus concessa diuinitus satagatis asserere Christo Euãgelicum regnum, aut regium demonstratiuúmque Euangelium, deturbata per diuinas rationes Babylonis authoritate. Est autem omnino necessarium, vt sicut vobis incogitãtibus Deus Opt. Max. dedit vobis summam totius mundi authoritatem, licet à nullo adhuc inter vos agnitam aut acceptatam: sic etiam satagatis duce eadem ratione, quæ vos in summo totius mundi gradu constituit, vt ipsa Babylon quàm primum fieri poterit, exulet. Exulare autẽ nulla alia ratione potest, quã quum omnes tyrãnides mũdi, duce ratione æterna proscribi incœperint. Maxima totius mundi tyrannis est, quæ contra ius diuinum insurgit, quum summa totius mundi authoritas

ritas & ab ipſo Deo homine in ſuo ſum-
mo vicariatu conſtituta, ſupra Conciliũ
vbi maxime viget, eleuatur. Secundo in
loco eſt illa, quæ Christianiſsimo re-
gi iura æternæ Monarchiæ ſibi & ex di-
uina præordinatione, & ex prima cœli
conſtellatione, & ex prima populi electi
virtute, & ex cœleſti vnctione inſigni-
úmque diuinorũ delectu, & ex primo mi-
raculo crucis in cœlo principi oſtenſæ, &
ex primo merito mundi, & ex ſummæ do
ctrinæ mundi conſtitutione debita & ac-
quiſita innumeríſque cõfirmata miraculis
negat, impedit, aufert. Aut enim erit vo-
bis neceſſario ſenſus ille in hanc vſque diẽ
reſolutus abnegandus (quod vel cogitatu
nefas) aut erit totis viribus à vobis conã-
dum, vt & Deo, & Christo homini Deo,
& ſuo primario in temporalibus mini-
ſtro ſuum ius, duce ſacrorũ ratione & au-
thoritate reddatur, & à ſumma Chriſtia-

nisſmi authoritate pedem in abuſum con=
uerſa reſtituatur, affirmetur, cōſeruetur,
quod ni ſtatim fecerit à vobis admonitus
pōtifex, ipſo dilationis ſolius facto ſit au=
feribilis, & actu Antichriſtus oportet. At
vero quia quanta ſit in vobis omnibus mo
deſtia in re tam magni momenti agnoſcē=
da, vnus ipſe ſcio, huius authoritatis in ve
ſtrum ordinem aſſertionem ad me recipio,
eam ratione duce defenſurus. Quum enim
ſit mihi hoc propoſitum, vt quàm validiſ=
ſime poterit fieri, Babylonis concutiam,
frāgam, deiiciam munitiones, muros, ag=
geres, ſit autem impoſſibile aliter hoc fie=
ri, quàm vt dux ratio vincat, & cogat o=
mnium animos in eam ſententiam, quā pri
dem veſtrum ſodalitium excitauit, licet
nemo veſtrum hoc agnoſcat, tamen eſt mi
hi tāto magis ſatagendum, quanto magis
deprecari eam authoritatem videmini.
Nam alioqui de ſumma mundi poteſtate
ad

ad officium cogenda nunquam agetur, ni
ſi ipſiprimi authores Chriſtianißimo re=
gi fueritis, vt aut ſuæ gentis & maiorum
ſuorum iura ab authoribus dißidii mundi
repetat, aut quæ olim temporalia illis iura
conceſſere, veluti à perduellionibus ipſi re
petant. Qui enim rationem exequi differt,
tanto magis ad illam eſt cogendus, quanto
in maiori rerum verſatur faſtigio. Niſi
autẽ Regi Chriſtianißimo authores fue=
ritis, proculdubio eius rationis, cuius vo=
bis clauis conceſſa eſt, baſis perierit. Nam
ad hoc eſt diuinitus inſtaurata, vt in totũ
aſſeratur à Chriſtianißimo principe &
primo Chriſti vindice. Chriſtus alioqui
nunquam compellet intrare ad ſuam cœ=
nã vniuerſos, & ſic Deus fraudatus ſua
intentione remanſerit, niſi per vos Deus
paci totius orbis proſpexerit. Vobis au=
tem vnis maxime hoc debet eſſe perſpe=
ctum, fore neceßario, idque propediem, vt

lex Dei quæ viæ est, & non patriæ, actu in omnium cordibus ita scribatur, vt actu et non tantum potentia, duce ratione summa & omnes homines cogente, omnes sic cognoscāt Deum à minimo ad maximum, vt sit Deus vnus, & nomē eius vnum. Sic opus est restitui omnia in Christi aduentu spirituali. Sic nunc erit quod antea adhuc non fuit, simile regnum cœlorum decem virginibus, quæ omnes quidem erunt virgines ablatis de mundo patentibus scādalis, licet quinque fatuæ & latenti hypocrisi laborantes, & oleo charitatis erunt destitutæ. Sic nunc opus est, vt filii resurrectionis primæ regnēt cum Christo in illis per totam substantiā, quanuis latenter transfuso, totis mille annis, nō ad cherinti aut Chiliastarum somnia, sed regni Dei cōstitutionem inferiorem, vbi est omnino necessarium fieri Dei voluntatem, sicut in cœlo. Nam alioqui est adhuc longe maius

in

in natura humana damnum Satanæ, quàm Christi donum: est necessarium, vt non tã tũ animus & pars superior, sed anima & pars inferior, atque adeo ipsum corpus omnino repurgetur ab ea labe, quã nobis inflixit Satanas. In summa omnia oportet restitui cum infinito lucro in hac via & non in patria, quæcunque destruxit Satã. Ad hoc autem vt recta ista ratio in omniũ animos infigatur, necessarius est vindex Christianißimus, qui nisi à vobis in hoc testamenti æterni negotium animabitur & confirmabitur, iure merito in vos & qui summam habuerit curã, & Rex ipse, & vniuersus demum orbis seuierit tanquam in perniciosißimæ aut ignorantiæ aut negligentiæ, aut inuidentiæ maleuolẽtiæq; reos, à quibus piaculis vt vos Christus eximat, illũ ex toto corde oro. Cæterum (vt hoc Euangeliũ regni cũ his suis appendicibus promoueatur) totũ me illi

ita consecrans & deuouẽs, vt summa pau
pertatis, doloris & probri infamiæue pe
ricula pro summis opib⁹, voluptatibus &
honoribus sim adire hoc nomine paratis=
simus. Valete patres obseruantißimi, &
ad patris Abrahami secretas doctrinas to
to pectore attẽdite. Calen. Quint. 1552.

Vester in Christi obsequium Guiliel=
mus Postellus restitutus & iam 6.
mensem veræ vitæ agens.

[a] BARIETHA LIBRI [b] Iezirah.



Vm [c] duabus & triginta viis [d] admirandis [e] ſapientiæ [f] decreto poſito, [g] Domin⁹ Iehouah Deus Zebaoth, ſiue exercituum, Deus viuus, Deus omnipotens ſibíque ſufficientiſſimus, ſublimis & excelſus, habitator ęternitatis, cuius nomen ſanctum eſt, [h] creauit mundum ſuum. [i] ספר ספר ספור Numerans numerus numeratum (vbi ſunt 10. elemẽta) ſunt 10. Sefiroth [k] Belimah, hoc eſt ſilentij, & ſine quopiam adiuncto [l] 10. Numerationes conſyderationéſque rerum. 22. literæ: tres matres, ſeptem duplices & duodecim ſimplices. Decem Sefiroth Belimah. [m] Decẽ & non nouem, decem & non vndecim. [n] Intellige cum ſapientia, ſapias cum intellectu. [o] Experire de ipſis & coniecta ex ipſis. [p] Conſtitue rem in ſua claritate, & reſtitue figmẽtum in locum ſuum, ſiue in ſedem ſuam. Decem Sefiroth Belimah ſunt, quarũ 10. proprietates quæ [q] nullã infinitãq; habent profunditatem. Profunditas ſeu abyſſus principij, abyſſus finis poſteritatiſue. Abyſſus bonitatis, abyſſ⁹ mali. Abyſſus ſublimitatis, abyſſus eius partis quæ ſub ea ea eſt. Profunditas Orientis, profunditas Occidentis, pro-

funditas meridiei, profũditas Aquilonis. Dominus autem vnicus, Deus fidelis Rex dominatur super omnes, in omnibus, cum omnibus, stabiliens sanctitatem suam in æternum & in sæculum sæculi. Decem Sefiroth Belimah expressió picturáue quarum est [r] in visione fulgurosa. Finis autẽ vel terminus earum non habet finem. [s] Verbum autem eius est in ipsis, dum currunt & redeunt, & propter eius imperiũ instar turbinis persequuntur, & ante thronum eius sunt procumbentes decem Sefiroth Belimah. [t] Vnus est spiritus Dei viui, benedicti & benedicẽtis benedictíque nomine suo, qui est vita seculorum: [u] Vox & spiritus & locutio. Vox est spiritus sanctus, qui consurgit [x] spiritus ex spiritu, cũ quo ordinauit & figuris suis expressit duas & viginti literas fundamẽti. [y] Tres sunt matres, septem duplices, & duodecim simplices, ex quibus ipsis spiritus vnus est. [3] Tres, aquæ ex spiritu, quibus cum ordinauit & dispo-suit Tohu & Bohu, hoc est stuporem in admirando, & loci vacui considerationem, [1] vt cœnum & lutum (materię primæ) ordinaret, tanquam speciem delineationis aut seriei ordinationísue, [2] stabiliuit autem quasi murũ, & circundauit veluti speciem munitionis. Quatuor ignis ab aqua, Decreuit & [4] expoliuit

liuit cum illo Solium gloriæ. Ofanim hoc eſt sfæras, & Serafim, & Animalia ſancta & Angelos miniſterij, & de tribus ipſis fundauit refugium ſuum, vt ſcriptum eſt: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem flammãtem. אמש ſunt tres literæ de ſimplicibus, quibus [5] ſigillauit quod ſublime eſt poſt Tria, & colligauit ea cum ſuo nomine magno יהוה atq; ſigillauit cũ eis ſex extrema (poſitionis naturalis habitus vocant) Quod reſpicit ſurſum, cuius ſignum in יהו quod deorſum cun יוה quod ante ſiue in ortu היו quod retro ſiue in occaſu הוי, quod in dextra ſeu in meridie ויה quod in Septentrione ſeu in ſiniſtra. והי Reuelant decem Sefirot ſpiritum Dei in vnum, (quaſi dicas, & ſpiritum & Deum) Aqua & ignis, Altitudo, Profunditas, Oriens, Occidens, Septẽtrio Meridies. Viginti & duę literæ fundamenti. Tres matres, ſeptem duplices, & duodecim ſimplices ſiue extenſæ. Tres matres: [7] Mem ſilens, Sin ſibillans, Alef ſtabilimentum intermediæ emanationis ſuper eas. Duas & viginti [8] literas fundamenti decreuit [9] formauit, [10] Appẽdit [11] Cõmutauit [12] Zirufauitque (quod in idẽ recidit), [13] & formata eſt ex illis anima omnis creaturæ creatæ & creandæ. (hæ ſunt Ideæ) duæ & viginti literæ fundamemti [14] ſunt decretæ in voce, & ſunt formatæ in ſpi-

ritu,&comprehensæ in quinque locis אחהע gutturis יסזרש דטלנת גיכק בומף. Duæ & viginti literę fundamenti[15] compactæ sunt cum Sfæra in 231,& reuertitur circulus ante & retro. Et hoc est signum ad loquẽdum de bono siue super probo, seu de malo seu de dãno. Qua de re appẽdit eas,& permutauit eas, Alef cum omnibus, & omnes cum Alef, Beth cum omnibus, & omnes cum Beth. Sic res regreditur ad 231.portas,& inuenitur omnis locutio & omnis creatura formatioúe procedẽs ex ipsis,& inuenitur[16] tota Formatia procedens ex nomine vno.[17] Creauit ex תהו ems אמש & fecit את .i. αω qđ nõ mutabitur aut veterascet, &[18] expoliuit colũnas magnas ex aëre qui nõ palpatur. Et hoc est signum litera Alef cũ omnibus,& omnes cũ Alef. Beth cum omnibus & contra.[19] Loquẽs itaque seu iubens fecit omnem creaturam & omne verbum nomen vnum. Et signũ quod in corpore vno sunt[20] duæ & viginti voluntates ad loquendum.[21] Tres matres E M S. Ems fundamentum earum manus pura, manus impura & lingua statutum emanationis inter vtranque. Tres matres ems magnum secretum & admirandum opertum& signatum in[22] sex naturarum annulis, &[23] de his procedit ignis & Aqua & Spiritus, quæ[4] diuidũtur in masculum & fœminam אמש tres

matres ſunt fundamentum, quia ab illis ſunt tres[25] patres, ex quibus creatus eſt mundus. Tres autem matres in mundo[26] ſunt ſpiritus, aqua, & ignis.[27] Cœli primò ſunt creati de igne, & terra creata eſt de Aqua, & Aer de ſpiritu emanato vtrinque.[28] Sunt & tres matres in Anno. Calor, Frigor, Reuiah ſeu media temperies. Calor ab igne, frigor ex aqua creatus eſt, Reuiah à ſpiritu ſeu aëre qui eſt emanatio vtrīque. Tres matres Ems decreuit, formauit, figurauitue, permutauit, appendit, & factæ ſunt ex eis tres matres in mūdo, tres matres in anno,[29] tres in aīa maſcul⁹ & fœmina.[30] Regnare fecit ipſū Alef cū ſpiritu, & alligauit illi coronā & pmutauit mutuo & factus eſt Aer in mūdo, tēperatura in Anno, & σπέρμα aquæ in anima maſculus & fœmina, Maſcul⁹ in אמש & fœmina in E S M.[31] Præfecit ipſum Mem aquis, & alligata illi corona ſic ſignauit terram in mundo, & frigus in anno, & fructum ventris in animali maſculum & fœminá.[32] Præfecit ipſam Ssin igni, alligataq; illi corona, & permutatis adinuicem locis ſigillauit cum illis ignem in mundo, calorem in anno, & caput in animāte maſculum & fœminam. Septem.[33] Duplices בגדכפרת ſunt duabus aſſuetæ prolationibus aut linguis, Vitæ, Pacis, Sapiētiæ, Opum, Gratiæ, Prolis, Imperij. Sunt autem

assuetæ duabus linguis בכ גג דד ככ פפ תת
ad constructionem lenis & duri, fortis & remissi. Suntque duplices, quia permutatio est pacis, afflictio, sapientiæ stultitia, diuitiarũ paupertas, gratię opprobriũ, prolis sterilitas, dominii seruitus, vitæ mors. Septé duplices, bgad cafrat respectu septem extremorũ. Sex, sursum deorsum ortus occasus aquilo meridies, & téplum sanctitatis, quod in medio est annuens & portans omnia. Septem duplices bgad cafrat statuit, formauit, mutauit, & factæ sunt ex illis[34] stellæ in mundo, dies in hebdomada, portæ in anima, & ex ipsis sunt ordinata septem firmamenta cœli, ue, septem terræ, & septem Sabbatha. Ideo dilexit septimam sub omnibus cœlis.[35] Duæ literæ construunt duas domos, tres ędificant sex. Quatuor ædificãt 14. Quinq; ædificant centum viginti. Sex ædificant septingétas & viginti. Exinde in posterum exi & cogita quod nõ potest os eloqui, nec auris audire. Et hæ sunt stellæ septé in mundo. Chamah (i. sol caloris lucisque fons) Nogah (i. Venus.) Cocab (i. Mercurius) Leuanah (i Luna) Sabtay (i Saturnus) Tzedec (i. Iupiter) Meadim (i Mars vehementiæ pater.) Hi autem sunt dies in anno sex dies creationis. Et septẽ portæ in anima sunt duo oculi, duæ aures, duæ nares vnum os. Et cum illis sunt decreti

septem

ſeptem Cœli, firmamentáue, ſeptem terræ, ſeptem horæ ob id dilecta eſt ſeptimá in omni negotio ſub ſole.[36] ſtatutę ſunt 12, ſimplices הוזחטילן סעצק quarum baſis eſt, viſus, auditus, odoratus, locutio, guſtus, congreſſus, Operatio, Inceſſus, Ira, Riſus, Suſpicio, Sopor. Illarũ eſt proprietas in 12. Terminis[37] Zodiaci, &[38] Horizontis. Terminus Orientalis boreus Orientalis notius, Orientalis ſublimis, Orientalis inferior, Aquilonaris ſublimis, Aquilonaris inferior, Occiduus Notius, Occiduus boreus, Occiduus ſublimis, Occiduus inferior, Meridianus ſublimis, Meridianus inferior, qui dilatantur vſque in infinitum, & ſunt brachia mundi. Duodecim ſimplices Huz Chatilan Saazac diſcuſsit commutauitq;, & facta ſunt cum ipſis 12. ſigna in mundo. טשתסאב מעקגדר & ſunt 12. Menſes in Anno. Niſſan, Aiar, Siuan, Tamuz Ab Elul, Tiſri, Marcheſuá Chiſleu, Tebet Sabat Adar. Et hi ſũt 12 moderatores animaliũ. Duę manus, duo pedes, duo renes, Splẽ, Epar fel, inteſtina, veſica, arteriæ, quæ agunt inſtar ciuitatis, & ſunt admixta vt in bello. Etenim vnum è regione alterius fecit dominus. Tres matres ex quibus exeunt ignis, ſpiritus, aqua (intelligunt cerebrum, cor, genitalia. Nam cerebri vires igni comparant. Reſpiratio à

motu cordis eſt. Aquę præſtãtiſsimæ ſunt ſemen, vt ſupra vidimus) Tres matres ſeptem duplices & 12. Simplices. Sunt 22. literæ ex quibus fundauit dominus Deus opt. max. יה יהוה tzebaoth, Deus viu⁹, De⁹ Iſrael, ſublimis & excelſus habitator Aeternitatis, cuius nomen ſanctum eſt. Tres patres, & generationes eorum, ſeptem receptacula, & exercitus eorum duodecim termini axium, & viſus ad loquendem verba fidelia. Mundus, annus, animal, cõſtitutio eſt duodecim, ſeptem, & triũ, & ordinatio eſt in dependẽtia in orbib⁹ & in corde. Tres, Ignis & Aqua & Spiritus, Alef Ssin ſurſum, & Mẽ Inferius : Spiritus autem emanatio eſt vtrĩque profecta. Et ſignum verbi. Ignis portat aquas. Mem ſilet Sim ſibilat Alef ſtabilimẽtũ eſt emanationis mediæ. Depẽdentia ſiue deſtinatio in mundo vti rex in ſolio ſuo. Sfæra in anno ſicut princeps in ciuitate, & cor in animante vt dux in bello. Et omnia fecit vnum è regione alteriús Deus. Bonum è regione mali, bonum de bono, & malum de malo, bonum probat malum, & malum probat bonum. Bona cuſtodia bonis & mala cuſtodia malis.[39] Tria ſunt vnum, & illud ſolum per ſe ſtat. Septem autem ſunt diuiſa tria contra tria & iudicium eſt in emanatione media. Duodecim ſtant in bello. Tria amant, tria

diligunt

odio habent. Tria ſuſcitant, tria necant. Tria diligunt cor, aures, & os. Tria odiũt, fel, hepar & lingua. Deus autẽ rex fidelis imperat vniuerſis, vnũ ſuper dorſum Trium, tria ſuper dorſum ſeptẽ, ſeptem ſuper dorſum 12. Et omnia ſunt connexa mutuo. Et omnia diſtinxit Abraham Pater noſter, Vidit, Conſyderauit, diſtinxit, figurauit, & appẽdit in manu ſua quod reuelauerat illi dominus vniuerſi, & vocauit eum dilectum ſuum. Et pactum iniit cum eo & cum ſemine ſuo, & credidit in Iehouam, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Pepigit cum eo pactum inter decem digitos pedum ſuorum, & hæc eſt circuncifio: & inter decem digitos manuum ſuarum, & hæc eſt lingua, & alligauit duas: & viginti literas cum lingua eorum. Et reuelauit illi fundamenta eorum. Attraxit eum in aqua, accendit in ſpiritu, inflammauit in ſeptem aptatum cum duodecim ſignis.

HOc in vsu totius antiquitatis fuit, vt reconditissimas semper habuerint non tantum sacras & diuinitus acceptas doctrinas, sed etiam interpretationes, & quæcunque ad ipsarum sensum sunt à maioribus tradita. Quum enim raritas commẽdationem, communicatio soleat contemptum generare, quæ erant commendatione dignissima: illa etiam diuino moniti præcepto abscondebant, ita vt vix initiatis ea concrederent. Sciebant enim quia gloria dei est abscondere verbum. Nam preterquam quod facile contemnuntur quæ passim prostant, etiam fit summa in auditoribus iactura, dum aut statim dictatis aut transcriptis fidũt, & sæpe quæ non satis ipsi didicere, docere conãtur. Ideo sacrosancta septuaginta auditorum Mosis schola diutissime ante Pythagoricos hoc habebat, vt longissimo silentio eorum adolescerent discipuli, nec prius ipsi in successores quæ à maioribus accepissent, trãsfundebãt, quã & vitæ probitas, & iudicij maturitas, & vt plurimum paulo senior ætas discipulum commendarent. Qui primi in toto orbe sũt ita formati, Druidæ fuere Gomeri primogeniti mundi successores. Secundo in loco fuere Abrahmanes Indi, quos doctrinæ causa inuisit Pythagoras & Apolloniꝰ, descripsit Hierocles. Illi autem sunt Abrahami filij ex ketura qui quũ Isaaco nõ voluissent obtemperare, sunt ab ipso in orientis partes destinati, vbi ad hanc vsque diem

diem sub Brahminorum nomine seruant sacræ doctrinæ præcepta, in quibus eadem præscripta habẽt quæ & Moses cœlitus accepit. Idẽ vero fuit Abrahmanib⁹, Chaldæis, Diuidib⁹, Pythagoricis Razihinuis atq; Mosis auditoribus vsitatũ, vt nõ nisi longo silentio, probitate, & vita insignes ad doctrinæ receptionẽ admitterent. Mosis itaque auditores hoc habuere peculiare, vt diutissime & secretissime seruarint doctrinas à maioribus, & potissimũ à sanctis accœptas, & inter cæteras traditionem hanc Abrahami de Creatione siue de Formatione, quæ licet ab ipso Abrahamo nõ fuit ita descripta vt hic extat, tamen sententia reuera est (quisquis fuerit illius conscriptor aut expositor) æternæ veritati consentanea. Sed titulus ostendit cuius sit generis. Nã ex tertio genere authoritatis est. Primo enim sunt sacra, secũdo Talmud & Misna. In tertio loco sunt Barietoth, hoc est externæ scripturæ, tam quæ ad Talmud quàm quæ ad cæteras doctrinæ partes accedunt. Itaque prima omnium Bariathoth est sefer IeZirah, & ideo rarissimus inuentu & multo rarior intellectu liber, in quo totius Cosmopœiæ ratio est exposita, sed modo rationis: quum in Mose & sacris sit explicata per modũ authoritatis. Itaque licet iam ab ipsa creatione mundi volitet per ora sapientum, & sit ante ter mille & quingentos annos ab Abrahamo expositus, tamen antequam authoritatis vi fuisset totis his tribus annorum millibus suasa Cosmopœia, non fuit vllus qui posset re-

uera tantum thesaurum orbi exponere. Quum itaque & in rebus humana ratione probandis & in religione receptis sit necessario præponēda fides & pura credulitas rationi, sic diuina factum est prouidētia, vt in Platone, Pythagora, & Cicerone expositus in iis quæ de natura & vniuersitate tractarunt, hic liber penes suos delitesceret tandiu donec diuinitus per authoritatem & fidem puram sacra sunt exposita & recepta, vt nunc dux ratio nobis vna coniungat summæ sapientiæ antistites cum sacræ doctrinæ ratione. In hoc autē summopere admirabilis videtur prouidentia, quod ea quæ in tertio genere authoritatis sunt, primariam æternæ veritatis rationem ita expositam suadent, vt nullus in toto orbe sit futurus quin duce ratione subscribat. Quanta autem esset authoritate hæc Barieta inter patres, multis quidem in locis & authoribus traditum est. Sed fidelißime receptum & scriptum est à Rabbi Iuda authore libri Bithchon, hoc est spei, vbi docet quum alios profetas omnes tanto magis quanto fuere maiores, tum maxime Ieremiam ita fuisse in eo libro versatū, vt reuelatio illi facta fuerit cum præcepto, de toto triennio in eo insumendo, vsque adeo vt virtute illius scientiæ viderit nouū hominem ante se compactum vt erat in prima intentione diuina. Nam ea figura hominis quæ ante illum est compacta, in fronte eam inscriptionem ferebat quæ & Deum hominem ostenderet, & moriturum affirmaret, sed cuius finis erat, vt quum

inscripta

inscripta essent in præstantissimo mūdi puluere 22. alfabeta, secundū humani cordis desyderia sancta, homines ipsi (qui sunt puluis præstantissimus) viderent & sentirent in se omnino ipsum nouū hominē transfundi. Eo itaque tēdit hoc studij de Creationis seu Formationis mysterio & libro, vt noscamus, quomodo Deus nos creauerit, quòque modo Deus idem humanatus in nos sese transfundat, nosque sibi in animo & corpore similes & immortales reddat, in æternum illum de tanto beneficio laudaturos. Merito itaque vocabimus hunc librum Beriatha hoc est creationem & non Barieta, hoc est constitutionem externam. In ea enim sum sentētia, vt licet in aliquot locis citet sacra longe ipso Abrahamo posterius edita, non dubitem tamen fuisse semper in omnium patrum monumentis. Si quidem modum exponit formationis, quum solum factum Moses expresserit. Liber itaque est Adami & sanctæ Patrum successionis. Constat enim antequam res in se essent, fuisse in suis formis & numeris apud Deū dispositas per Ideas, quarum idearum scientia facile prima est, & Geneseos expositione prior, licet ipsa Genesis fuerit hactenus habita nobilior. Nam vt ideam opus est ante res ipsas esse, ita & naturam gratia priorem fuisse constat, licet hæc sit Nobilior, quæ tamen nusquam habuisset locum nisi prior fuisset Natura. Sic nisi fuisset Iezirah, nunquam potuisset esse Beriah.

LAtiſsimam & clariſsimam differentiam notarunt ſacrorum authores & interpretes, inter verba creãdi, formandi & faciendi, ita vt creatio; ſit materiæ aut cuiuſcunque indiuidui prima diſpoſitio, vnde poſtea formæ educitur potentia. Formatio autem eſt ipſius formæ conſtitutio, ſiue exterius aut ex nihilo ſuſcitetur & in res ipſas adueniat, ſiue diuino imperio de materiæ educatur potentia. Faciendi autem operatio pertinet ad mutuam materiæ & formæ coniunctionem. Dei itaque omnipotentia ſiue vnitas cogit primo res ipſas in ſuam materiam ſiue vnitatem indiuidui, quæ eſt Patris actio magis in eo eminẽs quam in Filio ſiue in ſapientia. Formæ itaque diſpoſitio, ſecundũ quã latiſsime diffunditur naturæ potentia ad Sapiẽtiã diuinam, quam nos Filium & patris prolem vocamus, maxime ſpectare cognoſcitur. Summus autem ille affectus & amor, qui facit vt res ſint, eo quòd ex æquo à potentia, & à ſapientia procedit, cogit etiam compoſitum formæ & materiæ in vnum, & facit proprie omnia, vt ſicut ab æterno procedit à patre & Filio, ſiue à potentia & ſapiẽtia, ſic etiã vna coniungat materiæ vnionem quæ eſt à patre, cum formæ dilatationem quæ eſt à filio. Hæc tria verba creandi formandi & faciendi ſunt ab Ieſaiah 43. capite in vno verſu expoſita, vbi ait, Quicquid vocatur in nomine meo (vt ſunt omnes creaturæ, & maxime homo, in cuius mente omnia acquirent im-

mortalitatem, ſicut in ſuis ideis in mente diuina eãdem habent) illud creaui, formaui & etiam feci illud. Moſes itaque vſus in Geneſeos opere verbo creãdi & faciendi, non antè formationis verbum expreßit, quã quum Deus in hominem die ſabbathi voluerit ſpiritum vitæ, hoc eſt mentem inſpirare. Licet enim homo iam erat vt & cæteræ creaturæ ex materia paterna, & forma filiali & compoſito ad ſpiritus ſancti opus pertinente compoſitus, tamẽ quia in ſingulos homines præter materiam, formã & compoſitum mens extrinſecus accedit, opus fuit vt ſpeciali verbo IeZiraæ ſeu formationis perfectio ris vteretur. Intentio itaque iſtius libri eo tendit, vt in homine ipſo per duarum tringinta viarum Dei cognitionem ſumma noſcatur mentis diuinitus inditæ operatio. Naſcetur autem, quum ita diuinarum literarum diſpoſitori ſpiritui ſancto attendemus, vt in ſacrorum diuinis literis ſcriptorum conſyderatione diuinæ voluntatis effectum nanciſcamur. Tunc omnia in mente humana eam immortalitatem aſſequentur, ad quam illa Deus condiderat. Nam literæ ſunt creationis mundi inſtrumentum, & ſapientiæ Dei ſigilla, vnde opus eſt per voces aut nomina diuinis literis conſtantia veritatẽ in hominum mentibus naſci, & euſque examinari, vt reſolutis in ſua elementa vocabulis, ſic ipſæ nos informent literæ de veritate, ſicut materiæ & formæ partes reuerà illas componunt. Opus eſt enim vt ſingularum rerum ſit quadruplex veritas. Prima

in mente diuina, in Idea videlicet. Secunda in nomine illarum quo & conduntur, & significantur. Tertia in rebus ipsis. Quarta autem in mente seu intellectu, quæ non nisi resolutis in elementa vocabulis potest consummari. Vnde diuina sapientia ait, ad Iota vsque vnum & ad apices literarum & punctorum fore omnia sacrorum mysteria examinanda, donec omnia fiant, in quarto videlicet veritatis modo. Tunc enim quũ oĩa, & etiã ipse Deus, factus in nobis vnus & nomine suo vnus, veram Iezirah hoc est formationem acceperint. Sed ideo posuit in secundo ordine Esaias formationem eam, cuius effectum potißimum in quarto loco pono, quòd sapientia increata & creata unà agunt, illa in secũdo loco, quarto loco creata agit. Formæ enim conditio est magis à sapientia quàm à potentia, sic & eiusdem perfectio magis fit ab eadem sapientia creata sese per mentis aduentum in nos transfundente, quàm per potentiam creatam.

C Cum 32. viis aut semitis.

CErtißimũ est, licet vbiuis, tam sub cœlo quã in cœlo & supra cœlum sit Deus per potentiam, sapientiam & beneuolentiam cuncta dispensans: illum tamen suas virtutes ita diffundere, vt à cœlo ipso videantur eius dona magis defluere, quàm aliunde. Quare non est dubiũ, quin supra cœlum aut saltem in cœlo sit maior, fœlicitas quàm quæ hic cognoscitur. Nam per quod vnumquodque tale, & illud magis. Omnia autem à cœlo

maximam

maximam vim suæ fœlicitatis capiunt, siue spiritalia, dum eo rapiuntur, siue corporea, dum inde vegetantur & durant. Quum itaque constet cœlum ipsum esse corpus, eo quod sensui subiacet, & localiter mouetur, certißimum est aliunde & à causa illi superiori moueri, & ea omnia recipere quæ in orbẽ inferiorem transfundit, vnde ab ipso Deo accipit, quæ nobis largitur.

Est constanti & demonstratiua & Theologorum & Mathematicorum sententia probatum & receptum, quòd sint cœlorum Sfæræ numero decẽ. Nam de septem planetis constat. De octaua Sfæra, quæ singulis 106. annis mouetur vno gradu demonstratũ est. In nona Sfæra motus titubationis clarißime est quum ab aliis, tũ certißime à Thebithio Bencorathio Arabe demonstratus. Super nouem illas est Primi mobilis Sfæra. Singulis autẽ Sferis singulas præesse intelligentias hoc vero est etiam ab Aristotele substantiis separatis insensißimo in Metafysicis affirmatum. Per decem itaque intelligentiarum orbibus cœlestibus perfectarum actiones, voluntates, ministeria accipit mundus inferior suam existendi consistendique & Agendi patiendique conditionẽ. Quum autem sit demonstratum quum à multis aliis, tum ab Archimede, omnem circulũ & Sfæram in sui ambitu vndeuis & quaquauersum à quouis puncto ad illud idem maximo ambitu continere duas & vinginti septimas suæ Diametri partes, certißimum est, etiam cœlestium orbium ambitum

ita dimetiri, vt duas & viginti partes in sui ambitu cõtineat, quales suus diameter habet septenas. Vnde quum singulæ illæ partes tanquam prima dimentionis elemẽta sint & prima principia quibus circulus in sui quantitate capitur, necesse est vt positis decem orbibus cœlestibus ponantur & viginti duo numerationis primariæ elementa quibus ipsis singulæ decem Sferæ in hunc orbem influunt. Sunt itaque illæ duæ & triginta viæ quibus Deus in hæc inferiora postquam facta sunt agit. Quare opus est vt totidem viis ante mundi creationem ab æterno Deus in hæc inferiora agere decreuerit, sed quum author libri seipsum sit explicaturus, ad eius verba veniemus.

D Admirandis.

PRopterea quod causa prima summopere est admiranda vt summus princeps, sunt etiam summopere admirandæ eius viæ & primariæ virtutes, quia illud vel minimum quod potest homo de summis rebus conciperere delectabilius est omni inferiorum cognitione. Quum autem Deus qui per suam omnipotentiam mundum vnit & continet necessario per eã sapientiam sibi omnino æqualem & ab æterno à se genitam qua disponit omnia, instituerit mundum regere, semitæ illæ admirandæ dicuntur esse Chochmah siue sapientiæ, & non potentiæ aut beneuolentiæ, licet omnino sit impoßibile vt separentur aut confundantur vnà potentia sapientia & beneuolentia Dei, quas nomine personarum

rum nos, Mosis autem auditores vocant 3. Patres superiores.

E Sapientiæ.

QVia impoßibile esset quantauis potentia quicquam facere, nisi generaret ex se sapientiam sibi æqualem, idest, vt humano more loquar, esset impoßibile vt quicquam faceret ordinatum, nisi totum suum posse primo in suo scire ostenderet, ideo necesse est vt Deus, per quem omnes tales sumus, primum suæ omnipotentiæ motum in sua omniscientia ostenderit. Non itaque potentia, sed scientia & cognitio est rerum principium patens. Ideo male docuit hactenus Aristoteles & qui eum sequuntur, quia voluerunt eo quòd Deus sit æternum agens & nullo nouo motu mobilis, eum fuisse ab æterno neceßitate illa qua est, etiam coactum, vt mundum sibi coæternum creauerit. Nam dum Aristoteles & sui ex vi potentiæ absolutæ & æternæ arguunt neceßitatem coexistentiæ mundi cum Deo, omnino miserum & infœlicem Deum constituunt, cui sua potentia carcer et neceßitas est. Melius itaq; longe & Plato & Platonici Pythagoricíque veri dixere, Deum quia sapiens est & cognoscens omnia etiam libere & non coacte delegisse per sapientiam tempus creationi aptum. Intelligentia itaque & Neceßitas vnà, hoc est potentia & sapientia Dei mundum condiderunt sensibilem, sed ex Ideali & vero ita deductum, vt Deus sine hoc accidentibus& spectris pleno semper suis actionibus in

ſeipſo fungeretur, & fœliciſsime perfectiſsimeque ageret. Sic admiſſo vno inconuementi innumera ſunt penes Ariſtoteleos ſequuta. Studio enim contradicendi Idæis, ſubſtantiis ſeparatis & in ſumma toti ſapientiæ creatæ in qua ſubſiſtunt Ideæ, eo deuenit, vt Deum negarit, quem coactum ad hoc vt egeat materia ad agẽdum, conſtituit. Deus quidem eſt æternus & agens æternum nunquam ab æterno ceſſans agere in eum mundum ſapiẽtiæ creatæ, qui reuera obtinut eum locum quem Ariſtoteles vult materiæ primæ in qua Deus agat, conſtituere. Sed huius æternitatis mundi Idealis cauſa eſt non pura neceſsitas, aut potentia nunquam ceſſans agere, ſed ſapientia ſeu intelligentia, cuius ideo dicuntur iſtæ viæ. Vnde Timæi & ſacrorum concordia.

F Decreto poſito.

SIcut omnino eſt impoſsibile, vt quicquam fiat ordinatè & deliberatiue, niſi prius animo conſtantiſsimo, & certiſsima omnium partium eius conſtitutione & cognitione illud in animo prius conſtituerimus (ſicut in ædificando videmus) ita certiſsimum eſt Deum per ſuam Sapientiam & Increatam & Creatam decretum illud Poſuiſſe omnibus creaturis in ſua Idea conſtitutis, quod decretum videmus vbiuis ſeruari. Hinc enim eſt duratio rerum. Sed hoc decretum quum creaturas reſpiciat, ad volũtatem & tertiam Dei actionem magis pertinet. Licet enim Ideæ ſint reſpurè formales & abſtractiſsime, tamen quia ſunt Crea-

tæ,

tæ, ſunt veluti iam cõpoſitæ, eo quòd earum eſſe & exiſtentia differunt, quia eſſe eſt tanquam Materia & origo earum, eſſentia autem eſt inſtar Formæ eductæ de Materiæ potentia. Solus autem deus eſt in quo eſſe & eſſentia ſunt idem. Tertia itaque perſona, quæ vnit propriè Formam cum Materia, illa eſt propriè, quæ facit. Hoc eſt ſtatutum & decretum vnionis Aeternæ. Nam Hacac ſignificat decretum & legem æternam poſuiſſe.

G Dominus Iehouah, Deus exercituum, &c.

SVmma huius operis Authoritas inde patet, quòd quum ſola ſacra c[illegible]n precibus orationibusúe à priſcis inſtitut[illegible] & ſcriptis in ſuo contextu habeant magnum illud Nomen tetragrammatum, cui adhæreant in eodem contextu alia nomina, hæc autem Barietha & illud magnum & præcipua alia habeat, opus eſt, ſumma authoritate & ſpiritu ſancto dictante fuiſſe conſcriptum in 72. ſeniorum conſeſſu. Nam alioqui nunquam permiſiſſet Eccleſia aut ſynagoga poſterior, vt ſtyllo illo, quo etiam authores Miſnæ & Zoharis in religione poſuêre, fuiſſet licitum hic vti, niſi quia ſic eſt à maioribus traditum, vt hoc opus haberetur tanquam Clarior & demonſtrabilis Creationis Ratio. Eſſe autem maximam obſeruationem in diuinis nominibus docet Moſes, vbi ſcribit nomen Elſadai, quod eſt in ordine aſcendendi Tertium, fuiſſe patribus reuelatum, cum nomine autẽ Iehouah

fuisse ipsi Mosi Deum congressum. Sed quum sint decem illi cœlestes orbes sibi mutuo impacti & subiecti, sic eorum intelligentias opus est esse dispositas mutuò, vt vna alteri subsit, quod à 10. nominũ virtute pedet.

H Creauit mundum suum.

S Vpra iam notata fuit differentia inter verbũ Creationis, Formationis, & (vt ita liceat dicere) Factionis, vnde hoc repetere superfluũ est.

I ספר ספר ספור Sunt decem Sefiroth Belimah.

QVoniam ita comparatum est, vt in omni actione tam Naturali quàm supernaturali concurrant semper tria, Agens, Patiens, & Actio, sic est in lingua Sancta etiam comparatum, vt decem Elementis exprimantur hæc tria potissimum, in numerandi verbo. Vnde ad exprimendas illas decem primas virtutes, quibus factum est, vt decem cœlestibus Sfæris adessent intelligentiæ totidem, vt in locum Motrices, & totidem rursus illis superiores, quæ vt in Finem ante omnia mouerent, voluit decem illa Elementa exprimere, quæ sonant, Numerans, Numerus, Numeratum. Quum enim hoc sit à Deo institutum, vt res omnes & singulæ virtute vnitatis siue Potentiæ Diuinæ omnia complectentis recipiant in se vnitatem & numeri rationem antequam in se sint, & antequam esse ab intellectu numeratore

re

re cognoſcantur, diuinitus etiam hoc factum eſt, vt Intellectus noſter non poßit vllius ſubſtantiæ cognitionem capere, niſi prius Numerus omnem in eo cognoſcendi viam præceſſerit: vnde cogimur dicere, vidi vnum, Duos, Tres, aut plures homines, &c. Sic fit vt primus demõſtrandi fons ſit in numeris. Hinc dixêre Animam eſſe Numerum aut Harmoniam, quæ eſt in mutuo comparatis numeris. Quía itaque Numerus eſt primaria veritatis apprehenſio, noſter author dicit primas illas decem proprietates diuináſue potentias aut nomina eſſe decem Sefiroth cum decem elementis expreſſa in Numerante Numero & Numerato. Sed eſt nobis omnino notandũ, quòd ſicut in illis tribus vocabulis ſunt 10. Elementa, ita ſunt ſuis in locis ter repetita, vt licet nil poſſimus de illis apprehendere, tamen ordinem Naturæ agẽtis cognoſcamus. Samech enim prima, Quarta, & ſeptima eſt, quæ ipſa conſiſtit in ordinẽ Potentiæ aut Materiæ. Pe eſt Secunda, Quinta, Octaua, & loco Sapientiæ aut formæ ponitur. Res eſt Tertia, Sexta, Decima (propter Vau quæ nona interpoſita eſt, & notat 9. Hierarchiarum connexum ſuper animam mundi, quæ eſt in Decimo loco) & nobis locum Beneuolentiæ & connexionis Naturalis repræſentat, omnia tamen ſimplicibus numeris, eò quòd Mens noſtra nil ſimplicius habet numeris.

HOc vocabulum duplicis ipsius significationis causa adiunctum est. Nam vt simplicissima rei cuiuslibet apprehẽsio: est in numeris, ita dici debet illa apprehẽsio Beli Mah, i. sine quopiam adiuncto. Nam ea omnia quæ per 10. magna nomina Dei intelligenda sunt, volunt, vt sint tam simplicia, vt esse & essentia in illis sint idem, & sint res simplicissimæ sine vllo adiuncto. Et hoc est quod concludunt Theologi, Ideas in Deo nõ habere Rationem indiuiduationis suæ. Ex hac vna significatione oritur alia quæ notat Silentium & oris obstructionem, vt videlicet de illis decem summis generibus fiat ipso ore tanto maius silentium, quanto altius comprehendi poterint. Nam rerum diuinarum perfectior comprehensio nos in maiorẽ admirationem & Mentis etiam acutissimæ stuporem inducit. Ideo in Regina Saba non remansit spiritus ob summam admirationem Regij ornamenti in Solomone, qui summum Regem significabat crassissimis spectris.

L 10. Sefiroth & 22. literæ.

S Vpra iã docui ex demonstratione esse 10. Virtutes 10. cœlis influentes, singulas autem Sfæras constare 22. Septimis suæ diametri, quãtæcunque sint illæ partes. Literas autem diuidit trifariam, in septem duplices, tres matres, & duodecim simplices siue distẽsas, quæ cur ita vocentur, post ea copiose tradetur, quũ visum fuerit quomodo ante omnia literæ ex decẽ Sefiroth virtute sunt eductæ.

De-

NAm ita ab Aeterno eſt conſtitutum, vt ex numeri Quaternarij partibus vnà ſumptis cōſurgeret Denarius & nō Nouenarius, aut vndenarius, ſicut ex iſtis. Quatuor ex Elementis conſurrexit decem orbium Cœleſtiū materia ſuis accidentibus corruptiuis ſpoliata, ſicut videmus vitrum humana induſtria à raritate & obſcuritate ſumma, quæ in Cinere erat, fuiſſe in ſummam denſitatem & diafaneitatem aut claritatem conductum. Sicut itaque vnum, duo, tria, Quatuor ſunt præcisè decem, ſic poſt creatam animam mundi ex ijs Quatuor Elementis ſunt 10. orbes ſubleuati, ita vt ſi veniatur à Leui ad graue, ſit vnū in Igne, duo in Aëre, Tria in Aqua & Quatuor in Terra, aut contra ſit à grauibus ad Leuia, vnū in Terra, duo in Aqua, tria in Aëre & quatuor in igne, vnde ſunt omnia. Ea de re ait.

N Sapias cum intellectu. Intelligas cum Sapientia.

NAm mutuæ ſunt Naturæ operationes. Sapimus, quum quouis ſenſuum Argumento res concipimus, & Iudicio examinare ſatagimus. Sed ad hoc vt verum reſultet iudicium de noſtra Sapientia, opus eſt ad Mentem & ſpiritum ſeu intellectum Agentem, & paßibilem omnia noſtra referri iudicia. Nam ad hoc Mens illa cum ſpiritu in nos extrinſecus aduenit, vt ſit Mens ad animum noſtrum, quod eſt lux ad oculum, inter quos medius

intercurrat aër omnia factus necesse est. Sicut autem necesse est ad veritatis indaginem Sapere cum Intellectu, id est ab inferiori ad sublimius progredi, ita opus est ab Intellectu vitæ probitate nobis conciliato ad inferius, hoc est, ad nostram Sapientiam proficisci, & sic Ima summis componere, vt duce Epagoga veniamus ad syllogismum, & duce syllogismo veniamus ad Epagogē. Sed verba linguæ Sanctæ magis exprimunt res ipsas. Dicunt enim ad verbum, Facias te sensus spiritus sancti seu intermediæ diuinorum actionis capacem, cum Sapientia superiori et secundæ personæ attributa, & contrà, fac vt Sapiētia secundæ personæ doceare, vt eadem in Sapientia Tertiæ examines, quod finali sensu nil aliud vult dicere, quàm vt consyderemus illa decem genera seu ordines virtutum ab inferiori ad superius & à superiori ad inferius secundum grauium & Leuium rationem. Experire aut proba in illis, & coniecta ex illis. Quum sit illa mentis Natura quæ in illis 10. rebus delitescit veritatis fons, nobis est Necessario totius veritatis lux inde petenda, ita vt verum ipsum habeat sui experimentum & probationem in ipsis, hoc est illarum substantia. Verosimile autem habet ex ipsis etiam suam Naturam, sed in rebus creatis & Cœlo comprehensis respersum est. Probatio itaque in ipsis est, coniectura in iis quæ ab ipsis sunt. Vnde quicquid potest in hac vita sciri, aut verum est, aut simile vero, illud à Mētis propria substantia, hoc ab ipsius ramentis etiam

cœlo

cœlo resperſis. Quicquid enim eſt corporeum, eſt ab illis decem virtutibus emanatum.

P Conſtitue rem in ſua claritate & reſtitue figmentum in locum ſuum.

HIc eſt modus probandi. Nam quum nunquã naſcantur quæ ſemper ſunt, & contra, opus eſt ad veri inuentionem conſtituere res creatas in ſua claritate & in ea veritate vbi ſemper ſunt eodẽ modo, hoc eſt in ſuis Ideis, & opus eſt omne figmentum reponere in ſuum locum qui eſt illi generationis principium. Sed quum omnia habeant in Idearum fonte locum ſuum inuiolabilem, in quo eſt Modulus ille dimenſus, per quem omnia ſunt Talia & Tanta, qualia & quanta vbiuis gentium, videntur eſſe, creſcere, & durare, multò certius in illo ſuæ formationis principio reponẽtur, quàm hic vbi nunquam reuera ſunt. Quod dico de Animãtibus, hoc eſt primo intelligendum de illis 10. diuinarum proprietatum virtutibus, à quibus decem cœli & duplices ſingulorum intelligentiæ ſunt, vt ſic & nõ aliter agant ordinatè. Locus primus, prima cauſa eſt, cuius gratia opus eſt omnia & cognoſcere & ſcire.

Q Nullam & infinitam habent proprietatem.

RES huiuſcemodi dicuntur reſpectu intellectus, qui eas vult comprehendere, & reſpectu ſui. Eò quòd Intellectus nullam habet potentiam capiendi Infinitam conſyderationem, & pro-

pterea quanta ſit, non cognoſcit, vt ſunt illæ decem virtutes, dicuntur non eſſe, quia, ſunt ſuper ens, ſed quod & ſi non capiantur in ſe ſunt infinitæ, etiamſi non comprehendantur, dicuntur habere abyſſum. Itaque ſic eas ex primunt etiam præter decem cœlorum virtutes. Abyſſus aut infinitudo principij, abyſſus finis. Ea de re factum eſt, vt fide æterna ſit conſtitutum credere quia Deus eſt infinitudo à principio in cauſis rerū, & in fine remunerator eſt præmio infinito. Etiam ſi null9 in Natura error erat, ſemper ſic erat æb æterno credendum. Abyſſus infinitudóue boni, Abyſſus mali. Ita eſt Neceſſarium, qui eſt infinitus, Præmiumquod eſt ſuummum bonum & ſumme appetibile, infinitum conſtituerit, & ſimiliter Malum Poenæ pro fine vitij. Hinc cognoſcitur cū his quatuor abyſsis infinitudo ſex poſitionū Naturaliū. Licet enim ſint omnes partes circuli infiniti in infinitum protenſæ(qualem deſcribunt Deum)tamen nobis nō eſt aliter obſeruatum, quā vt ſit infinitudo ſurſum, abyſſus deorſum, ſimiliter ad Orientem, & ad Occidentem, quas partes ponunt ante & retro, eo quòd conſtituunt ſacroſanctioris doctrinæ interpretes imaginem Dei eſſe obuerſam facie ad Orientem, poſteriori parte ad occaſum. Vnde toti9 naturæ & gratiæ cognitio. Dextra autem eſt ad Auſtrum, ſiniſtra ad Septentriones cum ſua Abyſſo. Poſtea itaque exprimitur, hanc decem virtutum aggregationem nil aliud eſſe quā Deum ipſum æternitatis habitatorem: vocabulum

autem

autem æternitatis dici Hadnobis notat protensæ vbicunq; & quantũcunque libuerit virtutis Naturam.

R Sunt itaque 10. Sefiroth in visione fulgurosa.

SIcut enim fulgur ob summam claritatem corrumpit oculorum aciem, vi summè actiuum hebetat simpliciter actiuum: sic & 10. illæ primariæ conditiones proprietatum eò retundunt etiã acutißimum Animi nostri oculum, vt quo magis vult intueri, eo magis hebescat. Sunt itaque clarissimæ tenebræ vt & fulgur, & ideo dicuntur expressio seu punctura respectu illius momenti vel puncti, quo conatur noster intellectus illas capere.

S Verbum dei est in ipsis dum currũt & recurrunt instar turbinis, ad eius imperium

QVum enim Deus & Natura nil agant frustra, sed omnia ordinatè & in suos fines, opus est vt quicquid in mundo isto sensibili est, fit, & durat ab intelligentia particulari hoc ipsum quicquid id est, moueatur vt in Finẽ, & ab alia item intelligentia moueatur vt in locũ antequam sit. Essentia itaque & duratio totius Naturæ inde procedit, quod spiritus Dei mobilis & creatus sit illis impactus. Similiter & verbum & vox dei. Nam spiritus est ante vocem, & vox ante verbum. Verbum itaque Dei est impactum in illis 10. primis, vt omnia ordinentur vt in finem, &

fiant vt in locum. Currere est rebus ipsis Essentiam cooperandi ipsi Deo, largiri. Recurrere est omnium referre soli Deo laudem & gloriam, tanquam soli creationis arbitro. Propterea addidit, Sunt ante Deum procumbentes. Quia ab æterno sibi hunc intelligentiarum mundum creauit & coëxistere fecit Deus, vt libere & non coactè mundum sensibilem ipsis cooperantibus in esse deduceret, & summa cum ipsis Fœlicitate esset atque ageret, etiam si hic mundus nusquam foret.

T Sunt vnus spiritus Dei Benedicentis & Benedicti.

LIcet mutuò poßint agere Potentia infinita & Sapientia infinita cum Beneuolentia infinita, vti sunt Deus vnus in Trinitate, & Trinus in vnitate, & mutuo sibi benedicunt & benedicũtur, ita vt ista poßint intelligi de Natura increata, tamen de sacrosanctis Sapientiæ creatæ & increatæ consubstantialiter vnitæ actionibus intelligi oportet, eò quòd motum particularem mundus desyderat. Sapientia itaque creata complectens in se omnes Intelligentias & Ideas tam quæ mouent vt in Finem, quàm quæ mouent vt in locum, propriæ est spiritus dei Benedicẽs actu & Benedictus actu. Est enim motor Mobilis Aristotelis, qui sub immobili necessario collocatur, vt sit inter duo immobilia quæ sunt Deus ob infinitudinem, & mundus ob nihililitatem, ex qua per immobilem Deum nunquam posset aut in generali aut in quouis particulari

ticulari surgere, nisi actu suscitaretur ab ipso Motore mobili & immobili.

V Spiritus, vox, loquutio, aut verbũ.

S Piritus format vocem. Verbum autem formatur super Spiritum & vocem vnà coëxistentes. Per quod vnunquodque tale, & illud magis. Singulis hoc videmus esse concessum hominibus, vt loquutione duce ipsi mutuo conuersentur, & omnia quæ quodã modo causa hominis sunt facta in suos fines conducant vtendo, & Deum inde glorificando: vnde necesse est, vt illa causa per quam homines ratiocinantur per spiritum, per vocem, & per locutionem, sit maxime talis. Itaque licet spiritali diuinæq; Naturæ non sit opus, vt spiret, voculetur, aut loquatur, tamen in ea necesse est esse perfectißimã Ideam spiritus, vocis & verbi, seu articulatæ & significatiuæ vocis. Sicut itaque primus motus Naturæ humanæ rationem suam extra se significare volentis, est spiritus, vox, & locutio vt alteri cuilibet homini se probet aut manifestet, sic opus est, vt primus motus diuinæ prouidentiæ mundum ordinantis sit per Naturam spiritui, voci, & verbo respondentem, & actu ad extra mobilem. Quũ autem sit infinitus Deꝰ ita, vt sit omnino impoßibile quicquam extra ipsum moueri, aut abstrahi, opus est, vt ipsum illud intra Deum eße, sit eßentiæ prima immobilitas, extra autem moueri sit ipsa Mobilitas, quæ necessario primo in spiritu, voce, & verbo exprimitur, sicut in nobis qui per Deum sumus

tales, videmus. Inde factum est, vt sine nominibus rerum (quæ sunt verba, aut simplicia, aut mutuò cõpacta) nil poßimus capere, credere, intelligere. Siquidem nomina & voces sunt earum paßionum aut actionum quæ in animo sunt, Notæ, tam quibus nos aliis explicamus, quàm alios loquentes audimus. Sicut itaq; impoßibile est vt sine verbis aut nominibus vocabulísue quicquam cognitionis (ad quam sumus creati) assequamur, ita etiã est omnino necessariò iudicandum, vt per quem tales sumus, sit maxime talis, vt qui antequam Res ipsas condiderit, nomina illarum conditionem exprimentia indixerit. Esset enim impoßibile nos ad hoc cogi, vt sine voce aut nomine nil possemus capere, Quin nostræ Essentiæ fons & Idea, atque adeo (vt cum Plotino loquar) Intellectus humanus actu semper intelligens ita ab æterno ipse in se statuisset, vt sicut omnibus stellis legimus illum nomina vocasse, sic & cæteris omnibus creaturis fecisse credamus & sciamus. Quum autem sit impoßibile illud verbum quod res significat, constituere, quin prius illa Elementa literaria, quibus os ipsum variis sui partibus exprimit ipsa verba, sint & Figuris & potestatibus, & nominibus expressa, suísque in locis posita, necesse est, vt ipse spiritus Dei primò linguæ cuiusdam sanctæ Elementa literaria ante omnia instituerit, quibus creandarum tunc rerum nomina secundum suas Ideas exprimeret. Hinc factum est, vt Decalogum literis cœlitus scriptis acceperit Moses,

ses, Adam autem qui ab altero homine audire non potuerat, diuinitus omnia nomina in eadem lingua sancta receperit, Christus vero literas ipsas easdem sciuerit, quas non didicerat. Prima itaque res diuinitus instituta fuit Characterum linguæ sanctæ formatio.

X Spiritus ex spiritu expresit 22. literas fundamenti.

HOc ipsum asserit quod suprà probatum est. Nam spiritus ex spiritu est spiritus creatus ab increato spiritu, & si velimus ita ligare, est spiritus vocis ex spiritu seu primo mobili aëre, qui ordinauit Elementa.

Y Tres sunt matres, 7. Duplices, 12. simplices, ex quibus vnus spiritus est.

ILla diuisio sæpius repetetur: quare de illa hic supersedeo. Quod autem dicit ex illis spiritum vnũ existere, ita est intelligendum, vt spiritus Verbi Dei in illis delitescat. Nam primus spiritus, spiritus inspirationis est, secundus qui est spiritus ex spiritu, Est vobis, quæ non nisi à spiritu antea moto potest generari. Tertius spiritus est in articulata & Elementis suis formata voce, vbi vnus Dei spiritus qui est verbum Dei, residet. Ideo Moses totum Quinque librorum legis volumen vnà contingentibus se literis & vocabulis exposuit, vt à principio ad finem sine interuallo videretur esse vnica & sola dictio, quæ postea vsu Ecclesiæ est discussa, & demum in

cœlis posteaquam prius fuerat in terra ligata. Ea de re dicit, *Ex illis vnus est spiritus*. Sicut autem Deus est omnia in omnibus, & Animus noster est quodammodo omnia, & intellectus Agens facit omnia vt ea omnia fiant in poßibili intellectu, sic primaria Alfabeti sancti ordinatio est omnia in omnibus, sicut & verbum Dei. Licet enim ad particulariũ significationem aptentur Elementa, tamẽ communem quandam Materiæ primæ & Formæ generalis retinẽt rationem, sicut in rebus videmus. Inde Etymologiæ Ratio tam sedulo vbiuis gentiũ naturaliter requiritur & probatur adeò, vt eius studio innumera falsa aut vero similia pro veris recipiantur, quia in ipsis nominibus sunt literarũ seminaria ipsis literis conformia, quibus cognitio potest accrescere. Sed sicut vnus est Deꝰ & vna Natura, ita opus est vt vna sit lingua prima primæ cõsonans veritati.

Z Tres Aquæ ex ſpiritu, quibus cum ordinauit Tohu & Bohu.

Tres matres sic habent, Aquæ, Tohu, Bohu. Aquas esse primam totius mundi materiã & sacra testantur & Ratio suadet. Nam sicut in omnibus animantibus videmus esse primã radicem vitæ in humido in quod postea agit calidum, sic opus est totius primæ materiæ Naturã constitutam fuisse in humido, quia per quod vnum quodque tales & illud magis. Spiritus itaque ille Dei qui in 10. Sefiroth & 22. literis delitescit, primo

mo ex ſua potentia aquas eduxit in rerum natura, in quibus Tohu, hoc eſt mentis ſtupor, & prima Materia adhuc informis atque propterea incomprehenſibilis, quia licet eſſet humida & fluxa Natura, tamen formam nullam in ſe adhuc exprimebat, ſed veluti Chaos in ſe ebulliebat donec ex ea ſenſim quinque diſponerentur elementa. Secundo in loco fuit Bohu, hoc eſt locus adhuc vacuus, ſed tamē aptus ad collocanda ea omnia quæ poſtea in rerum Natura ſunt conſpecta. Sic poſſumus exprimere tres matres: Materiam primam in Chao & confuſione fluxa. Materiam eandem ſecundum ſuas diſtinctiones diſpoſita. Demum Formalitatē ipſam, quæ modulus eſt omnium rerum quæcunque poſſunt ex materiæ potentia educi.

I Tanquam cœnum & Lutum.

AD exprimendum naturam illius materiæ primæ ex qua & Materiæ diſtinctæ & formarum potentia prodiit, poſuit cœnum, quod lutoſa eſt aqua, & lutum, quod terra eſt aquoſa. Condita enim ſubſtantia Idearum in Sapientiæ creatæ vnione, incœpit à centro ebullire & ſenſim fermenti inſtar inflari materia prima turbida quidem, & quid nam eſſet ſenſui incognita, donec reſultarent ex ea quatuor extrema: Primum grauiſſimorum in his Elementis inferioribus & ſuis accidentibus obuolutis, ſecundum Leuium, in terra videlicet & igne: Tertium in iiſdem Elementis, ſed corruptibili accidente nudatis in cœleſti maſſa, & hoc eſt in or-

be Lunæ, per quam ea de re *Aquæ marinæ* vegetãtur, & est simpliciter graue. Sed quartum est leuissimum in Decimi orbis Sfæra, quam ea de re Chrystallinam vocarunt rectißime Theologi. Hoc enim lutũ & cœnũ diuisum est in generationes quatuordecim. [Nota generationis Christi, qui mens est & Anima mundi mysterium in 14. generationibus.] Accipiens enim cœlestis Materia Ignem vna parte subtiliorem, Aërem duabus partibus tenuiorem, Aquam tribus partibus clariorem, illa quæ clarissima hic cernitur, & terram quatuor partibus seipsa subtiliorem & instar ignis reductam, sic sese cõstituit, vt Moles illa quæ oculis patet sine accidẽtibus sit facta veluti Quintum Elementum. 10. numeris ex quatuor deductis cum sua materia compactum. Tanta fuit potentia luti. In igne autẽ Nigro pro exemplo terra est quadruplo, in Rubro Aqua triplo, in Cœruleo flammáue radicali Duplo Aër, in Albo flammáue alba similitudo illius, qui est simplo, seu vna tantum parte in cœlo subtilior.

2 Ordinauit in modum munitionis Muri & delineationis.

Piritus ille sanctus Dei, qui ferebatur incubando super Aquas, ita disposuit, vt in illa Abysso, quæ erat Lutum, hoc est, & Terra & Aqua simul, esset per Tohu & Bohu, hoc est virtute Materiæ informis, & Formæ Immaterialis esset præordinata munitio omnino Fortißima, vt quæ omnia in suæ Essentiæ modulis munire & à nocentibus conseruare

conseruare posset, vt substantia nunquā posset magis aut minus recipere. Ob id ego vocaui murum. Delineatio autem est particularis rerum omnium distinctio, qua duce tam intra quàm extra compinguntur & consartiuntur omnia.

3 Quatuor Ignis ab Aqua.

SIcut Basis rerum omniū in prima materia est Aqua in quam agit Calidus spiritus vegetator, sic & in omnibus indiuiduis vita potientibus est Humidum cum Calido. Ita ab igne Rubro qui est Aqua Solium gloriæ Dei est compactum. Licet enim & Deus & eius Thronus sit omnino res nobis inuisibilis & sensu incomprehensibilis, tamen Idea Aquæ igneæ, hoc est rubræ, sedes & Thronus gloriæ eius est. Est enim vnum quodque tale per illud quod maxime tale est. Summa enim virtus voluntatis Dei est in hoc posita, vt sanguis qui nil aliud est quàm Aqua Rubra diuinitus per Animalium virtutum adminicula Tincta sit sedes animarum. Anima enim in sanguine est. Quum itaque nil cognoscamus in hoc mundo magis esse ex voluntate Dei, quā vitā, cuius sedes in sanguine est (sunt enim ἀναιμωτὰ omnia imperfecta) opus est vt maxime conquiescat gloria, sedes, solium & complacentia Dei in Igne illo, qui est ex Aqua: vnde videmus in coloribus iridis, qui videntur & non sunt, tam splendidum esse Ruborem, vt nulla res sit ipsis clarior oculis. Hinc & stellarum rubor. Ignis itaque ex Aqua est soliū maiestatis Dei

in complacentia positum Vnde vitæ Restitutor Iesus restituit per ignem & Aquam animis nostris vitam deperditam, vt sic Restituat omnia sicut instituit. Sed est valde notanda patrum in suis tradendis astuta pietas. Vt enim eorum doctrinæ non possent nisi ex ore capi & libris memoriæ scribi, admiscebant non rarò in medio sententiarum numeros, aut quandam verborum sibi coordinatorum seriem, in quorum aliquibus & non in omnibus esset perquirenda sententia. Quum itaque nullam diuisionem supra posuerit, vbi esset quaternarius numerus, sed tantum trium 7. et 12. meminerit, hic tamen ponit, vt nil plane intelligat de hac re, quæ summa est, profanus & qui non est ad audiendum humiliatus, sed vt qui est in secretis Mentis summæ versatus concipiat secretum hoc quaternario duce, isthæc omnia fieri ita, vt sicut in mundo inferiori licet humidum & calidū sint Radix vitæ, imò ipse Ignis ex Aqua sit primum viuens & vltimum moriēs in corde, tamen necesse est vnà cum ipso igne de potentia Aquæ aut humidi educto adesse Aquā siue humidum tanquam eius originem, & præterea terram & Aerem tanquam Basim & delebrationem, ita opus est, vt ille Ignis ex Aqua sit quatuor ignes: & non vnum. Ob id dicit,

4 Expoliuit cum eo Solium gloriæ, &c.

Solium gloriæ Dei est complacentia eius in sua Essentia & in finali suæ creaturæ inferioris fœlicitate. Sed quum sint 10. ordines mentium

Angeli

Angelicarum sub 10. Potentiæ Dei virtutibus, tamen in quatuor ordines easdem subdiuidunt. Sicut enim nostri Theologi & inter cæteros clarius Thomas libro de intelligentiis ponit, præter ordines Angelorum seu Hierarchiarum & hominum in loca malorum spirituum reponendorum duo alia genera intelligentiarum, inferius addictum cœlo & mouens vt in locum, superius omnino separatum & mouens omnia vt in locum, sic & antiqui posuere Ofamim, hoc est, Sfæras siue Sfæris præfectos spiritus, Serafim hoc est mentes vt in finem omnia mouentes, & suo igne accendentes, Scoriámque naturæ expurgantes, Animalia sancta quorum facies est hominis, licet sint quatuor animalia vt Ezechiel vidit & Angelos ministerij, quales sunt à nobis positi. Sic videmus in Throno Dei esse 4. Elementa ex igne illo ab Aqua deducto, similiter in intelligentiis quatuor, & in cœlis similiter. Vnde sicut hic ad oculum patet in igne simplicissimo esse quatuor Elementa ignis, ita vt sit necesse in Aëre esse quatuor Aërum Elementa, & in aqua & terra similiter, ita vt sint 16. Elementa inferiora, sic in vniuerso opus est esse distributa, ita vt quatuor crassissima sint accidētibus inuoluta hic apud nos, secunda quatuor, in cœlesti materia, Tertia quatuor, sint in intelligentiis &, quarta, quatuor sint in Throno gloriæ Dei, super quæ etiam ipse infinita Potentia Sapientia & Beneuolentia in Essentiæ vnitate consistens est quinta essentia omni cō-

prehensibilitate sublimior. Et est quod ait scriptura, Qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos ignem flammantem. Licet sit hoc citatum veluti ex Dauide, tamen nullũ est dubium etiam ante Dauidem fuisse vsitatos & scriptos multos Psalmos, quos in vnum librum cum suis ad Dei laudẽ ascripsit: & quia erãt ab Ecclesia diutissime probati & recepti pro scripturis Canonicis tradidit posteritati.

5 Cum Emess. Sigillauit quod sublime est post Tria, &c.

TRia prima totius mundi & omnino necessaria sunt Potentia, Sapientia, Beneuolentia, quibus stat mundus. Sed quia immobilis est in se Deus, ita vt nullo particulari motu ad rerum essentiã possit moueri, opus est post illa tria sit vnũ quartum ex tribus item necessariis virtutibus constans. Ideo Potentia creata, Sapientia creata, Beneuolentia creata in vnũ redactæ sunt Emess. Post tria, & sunt in loco parui He quod quarto in loco post tres literas diuini nominis magnas sic יהוה ponitur in omnibus antiquorum scripturis. Licet enim illud paruum He notet secundo in loco Sapientiam creatam, quæ primo He, hoc est ipsi increatæ est vnita, tamen quia necesse est vt Tres virtutes increatæ & Humiliatæ cooperentur vnà cũ sublimibus Tribus & increatis, ob id ponit tres matres in quarto loco post literas יהו ita vt exprimant omnimodam oris potentiam ante vocem articulatam.

tam. Nem enim est oris sigillum & silentium labiis impositum comprimens, ne quid venti aut spiritus intret aut exeat. Alef est spiritus & fons prolationis. Schin autem est litera sibilli aurem sine voce ferientis, ita vt vox sit in quarto loco. Mem omnia cõprimens in sui potentia respondet Potentiæ diuinæ omnia in se retinenti. Alef Sapientiæ & spiritui iã emisso ob Apertum Mem. Sschin vtrinque procedẽs & à constrictione palati cum lingua & ab emissione spiritus progrediẽs, vnde postquam est ita expressum huiusmodi quaternarium superius per tres literas יהו fiunt eo modo quo in textu scriptũ est sex Partium Positionis naturalis sigilla quæ in decem sefiroth vnà coalescunt. Et ideo sunt partim literis substractis partim appositis numeris perturbati dictionis Hebraicæ ordines, occultandi mysterii gratia.

6 Reuelant decem Sefiroth spiritum Dei in vnum, &c.

PRima & simplicissima totius mundi Essentia Deus est Trinus in vnitate, & vnus in Trinitate, ita vt licet sint diuersa omnino Natura Pater, Filius, & spirussanctus aut Potentia, Sapientia, & vtrinque procedens Beneuolentia Dei, tamen vnam puram simplicicissimamq; naturam contineant. Sicut in vnius animi humani substantia idem plane est in substantia vna memoria, intellectus, voluntas. Quum autem dicitur Deus & spiritus eius, est intelligendus nexus spiri-

tus Creati vniti cum Deo. Vnde Reginæ Sabææ populi post tres personas exprimunt spiritum Patris spiritum filij & spiritum ipsius spiritus sancti. Itaq; Deus est vnus aut vna natura, licet per tres literas sit expressa eius Essentia, & spiritus eius Creatus expressus per He paruum est altera natura. Sic sunt duo. Demum Aqua & Ignis vnde Radix vitæ Aqua per se vt prima materia immobilis, ignis Mobilis, illa repræsentans Deum. Hic autem eius spiritum, sic sunt quatuor. Postea rationes sex positionum naturalium cõplent denarium. Si ponas Zenith & Nadir, ortum & occasum, Meridiem & septentrionem, idem plane feceris. Nam ibi est sex positionum radix.

7 Mem silens, &c.

IAm supra dixi tres matres esse Basim prolationis. Mem suppressæ prolationis & labij sese aperientis, schin sibilli, aut medio in ore constituti cuiuslibet stridoris. Alef esse medio impulsu tanquam vocalium parentem.

8 Viginti duas literas fundamenti decreuit Effinxitue.

SI dixero me in cœlo vidisse in ipsis linguæ sanctæ characteribus ab Ezra primum publice expositis, ea omnia quæ sunt in rerum Natura constituta, vt vidi non explicite sed implicite, vix vllus mihi crediderit. Tamen testis est Deus & Christus eius, quia non mentior, sed scio certißime me fuisse non in corpore sed in animo raptum vsque

ad ſuperiorem cœleſtium orbium partem & ibi vidiſſe ea quæ ſi velit homo, licet quidem nunc, ſed nō poſſet homini alteri narrare. Non tātum itaque in mente & voluntate ſunt depicti diuinitus inſtituti characteres, ſed reuera ita in ſe ſunt expreßi cum ſuis figuris, quotieſcunque voluerit Homo beatus viſibilibus vt poßint oculis cerni. Quòd ſi quis voluerit contendere, aut illi negandum eſt quicquid eſt in ſacris, aut fateri actu & non tantum in mente aut ſpiritu Dei eſſe diuinitus depictos characteres. Siquidem Tabulæ diuinæ legiſlationis digito Dei ſcriptæ, ideſt à ſpiritu ſancto creato & actu mobili exaratæ teſtantur eſſe inter beatos vſitatum hoc characterū genus. Quū enim Adamo nomina omnibus rebus impoſituro ſint reuelati, ita vt Chanoch eius amanuenſis in ipſis ſcripſerit profetias ſuas, quumque Moſi in lege & tabulis ſint dati & quum Chriſtus illas literas quas non didicerat, ſciuerit (Nam nec græcas nec latinas ſciebat) certißimum eſt ab ipſo Chriſto totius naturæ moderatore fuiſſe ab æterno in ſuperficie Terræ cœleſtis exaratos, ita vt æternæ Dei laudes in illis ſint celebrandæ. Quod ſi dixerim me eo Inſtauratum eſſe ſpiritu atque Immutatum quo debebat eſſe primus homo, qui ex traduce natus ſit, vt duce hoc ipſo ſpiritu in quo præſens Adamo aderam poßim iſta cognouiſſe & ante omnes mortales expoſuiſſe, multo minus fidei mihi ſunt daturi, qui ſuperficiei cœleſtis ſunt expertes. Sed mihi legem Naturæ ſcripturæ & gra

tiæ Negabunt quicunque ſpiritu Dei eſſe exaratos ſanctos characteres aſſerent, & ſic ex hominum numero meritò tollentur. Decreti itaque ſunt, Demum delineati ſuiſque figuris adumbrati igne diuino in Aquis expreſſo ſancti characteres & tanta virtute in cœlis expreßi, vt poßit etiam ſolis figuris apte depictis in mundo inferiori veritas futurorum haberi, cuius ſcientiæ adhuc veſtigium in Marocho & multis aliis Iſmaelitarum ciuitatibꝰ ſeruatur, licet ſint admodum deprauatæ & Adulteratæ figuræ ſanctæ apud Arabes & Iſmaëlitas qui ſunt 10. Tribuum Samaritanarum inſtauratores adulterini ex Notho Iſmaële in hanc notham & characterum & legis diuinæ formam ſenſim diuinitus conducti. Sicut itaq; in Tabulis lapideis primis ita ſunt depicti hi characteres, vt tranſacto lapide ex vna parte in aliã ferrentur & miraculoſe in Aere medio relinquerent medium literæ Mem finalis & Samech, ſic opus eſt, vt ab æterno apud Deum immutabilem fuerint depicti iidem characteres, vt ſuo emergerent tempore. Hiſtoriæ Naturales, Chriſtianæ, Iſmaeliticæ, Iudaicæ hoc confirmant, quòd Moſes cœlitꝰ characteres acceperit. Quare ſub Deo immutabili opus eſt ab æterno fuiſſe delineatos, quum ante Moſem & ſcripturæ & nomina ſcripta fuiſſent in labio vno ſancto & Hebraico, quod ſi quis contenderet fuiſſe Chaldæa verba, ne litigando amittatur veritas, ſat fuerit obtinuiſſe quòd quicquid ſupereſt in Chaldaica lingua ſcriptum, il-

lud est eodem sancto Charactere exaratum. Sic vero in aëre populus videbat voces. Quia sicut elemēta omnium prolationum sine confusione in medio aëre ad audientium aures feruntur, sic in aëre characteres igniti in sacrosancta legislatione non tantum audiret voces, sed videret instar lampadum accensarum super mōtem vbi ductu angelorum sic formabantur instar fulgetrorū sicut ab æterno Deus per spiritum suum deciformē illos depixerat. Propterea absque doctrina vlla erant depicti in mente, spiritu, & animo Christi, ita vt sciret quos non didicerat characteres & grāmaticos sermones scripturæ pridē ordinatæ & depictæ ab eiusdē spiritu.

9 Formauit.

Non satis est delineatos fuisse characteres, sed opus est absoluta figura ex vno Iod esse compositos & Formatos sicuti ostendimus in opere de literis Fœnicū. Pictura & decretum est delineatio, & adūbratio. Formatio autem est absolutio figuræ, & distinctionis.

10 Appendit.

Qvum omnia cognoscantur vi nominis, nomen ex literis procedat, opus est, vt sicut omnia Numero & Pondere moleue consistunt, sic & literæ non tantùm numero, sed etiam suo pondere constent. Quum itaq; Alef, Beth, He, Chet, teth. &c. constent suo numero, hoc est ex 4. Iod singulæ, sunt tamen diuersissimi ponderis. Aliter enim se habent quatuor Iod in Alef quàm in Beth:

& sic de reliquis. Appenduntur itaque numeri duplicis gratia. Nam est in illis numerus suæ compositionis, & numerus sui ordinis. Vnde dicit.

11 Commutauit.

Quum sint in Materia & animæ inferioris, ratione omnia in omnibus, ita vt nil aliud sit naturæ cursus, quàm aßidua materiæ & formæ viuentis, sentientis aut sanguineæ commutatio, dum dissolutis in sua Elementa omnibus rebus, rursus illæ partes in alia indiuidua transeunt, & quæ fuit equini corporis materia, sit asinini, Bouini, herbacei aut arborei vnde extrahitur formæ potentia, sic opus est, vt Elementa rerum significatoria commutentur secundũ pondera. Nam Temura quæ mutationem primam significat, notat mutationes ratione figuræ, & non ratione ordinis. Sic sunt omnia in omnibus secundũ substantiam & secundum nomen, sed ratione propriæ primáque substantiæ. Propterea ordinis etiã gratia addit.

12 Zirufauit.

Nouo isto verbo libenter vtor. Nam noua res est, & ea de re nouo donanda vocabulo. Ziruf itaque est in lingua sancta mutatio, sed formalis. Nam eò quòd proprium verbi Saraf צרף significatũ est repurgare, vt ĩ igne solet aurũ aliudue metallum, ideo hæc mutatio proprie est formalis, & alia est materialis. Nã Temura est proprie mutatio, non parentis materiæ, & transgredi

dientis, sed Ziruf est obedientioris & sola voluntate impulsæ naturæ, cuiusmodi est formarũ de quo sensu ait author Haruchi Thalmudici. Ex Misna traditum est. Qua die Ierabeam constituit vitulos, vnum in Bethel, alterum in Dan, constructa est ædificiũ instar vna TZarif צריף hoc est combinatio, & virtutis ex vno in alterum translatio, & hæc est Italiæ ex Græcia. Nam quotiescunque in Dei Ecclesia speciali facta est alteratio contra voluntatem Dei, etiam in mundo & Ecclesia communi facta est. Licet itaque nondum Romulus Romam in Italia tunc innouasset, 240. annis postea, nec Alexander 500. annis postea, tamen præuisum est à sanctis fore virtutis Macedonum commutationem ad Regnum Romanorum. Temurah itaq; erit pro numero substantiali & constitutiuo literarũ, Ziruf pro ratione Numeri & potestatis inter ipsas literas ordinatæ, vnde omnium regnorũ mundi mutationes.

13 Et formata est ex illis omnis creatu & Creandæ & Creatæ anima

AEternam ordinationem rerum apud Deum esse in causa vt omnia suis temporibus sint nata, vel facta, certum est. Quum itaque sic essent omnia futura, vt fuêre, sunt, vel erũt, absque aliqua tamen liberi arbitriĳ coactione, omniũ earum rerum formæ fuêre & in Materia sua & in forma sua præsentes apud Deum, vnde etiam in sacrorum characterum virtute (vnde nomina con-

ſtituerentur) ſecundum rerum proprietatem fuiſſe certum eſt. Licet enim adhuc lingua ſanctæ vocabulis, res nondum ſunt inter homines nuncupatæ ſacris vocabulis (eo quod hactenus Satanas fuit princeps mundi huius Naturæ & gratiæ perturbator) tamen neceſſe eſt, vt in cœlo apud Deum fuerint, non tantū generationum & ordinationum omniū, ſed etiam corruptionum & alterationum, præuaricationumq; mutationes, in Sapientia Creata diſpoſitæ, & ſacris characteribus conſignatæ, ne quicquam temere, & ſine cauſa apud Deum in ſuo mūdo videri poßit. Nam tam potens eſt Deus, vt licet ad hanc diem per Satanæ operas, totius Naturæ & æqui boníque ordo ſit fere peruerſus, ſit tamen ita perfectus inſtaurator, vt cum infinito lucro ea omnia reſtituat, quæ ſunt à malo ſpiritu peruerſa. Ideo erant omnes formæ mundi in ſuis Elementis propoſitæ. Quū enim omnis anima aut forma rerū (præter Rationalē Naturā) ex potentia materiæ ſuæ in actum deducatur, opus eſt, vt non tantum indiuiduorum, animalium videlicet, & plantarū atque gemmarum, metallorúmque, ſed etiam artificialium, & Ciuilium formarum rationes cū ſuis mutationibus fuerint in ſua creata Sapientia à Deo & præuiſæ, & præcognitæ & nominatæ, ita vt ea virtute duce formas actuales & actus ſuos reales ſuis temporibus ſingula haberent.

14 Sunt decretæ exaratæúe in voce, ſunt formatæ in ſpiritu, & ꝓlatæ 5. locis.

Quomodo

Vomodo ſint decretæ aut formatæ, dixim⁹.
Q Quomodo quinque locis proferantur, grã
maticis eſt notiſsimum. Loca autem ſunt
iſta, Guttur, vbi eſt ſolida vox & vocalium formatio, quibus vocalibus ſunt deſtituti ſancti, vt materiales omnes literas ponant, totúmque ſpiritũ in ſacra punctorum traditione relinquant, vt in punctis quidem ſit proprietas & aptitudo rerũ, in tribus autem literis ſit Materiæ, Formæ, & cõpoſiti Symbolum, ut ſit in rebus ſacroſancta tetractys. Alef quidem eſt in loco A. ſed per a e i o u legitur, niſi in fine, vbi ſolet Chaldaice potiſsimũ per A legi. He eſt in loco E. ſed quinque etiam vocalibus exprimitur. Heth eſt in loco H. noſtri, ſed pro Eta ſeruit Græcis. Hain eſt in loco O. ſed pro quinque item ponitur (vt & Heth) vocalibus. Vau pro V & O, magnis ſolet ſcribi myſteriis. Iod quandoque per i ſolet legi, & aliquando per E. ſed ſola eſt vocalium literarum, quæ vno ſono proferatur, eo quòd eſt radix omnium. Quum autem eſt cõſonãs, tunc eſt palatina. Secundus itaque locus prolationis eſt palatum, &c. vt in textu ſunt. Iſta vero ratio prolationis maxime eſt in omni lingua ſeruanda pro Etymologiæ ratione. Nam auditus errore corruptio linguarum ſenſim eſt facta, vt in Babylone incœperat ex peruerſo linguæ vſu confundi aëris medium, vt ex vna ſancta fierent ſenſim innumeræ, à 72. populis tamen primum profectæ.

15 Compactæ cum Sfæris sunt 231.

IAm supra dixi ex Sfærarum cœlestiumúe orbium dimensione, quæ prima est illius Naturæ comprehensio, nata esse 22. Elementa siue septimas diametri. Quum autē ponuntur combinatæ literæ Alef cum singulis, Beth cum singulis, &c. Fiūt vndecies duo & viginti Alfabethorum combinationes 242. à quibus sit tollas 11. quæ sunt in primo & communi Alfabeto, supererunt Domus, vt vocant, siue combinationes 231.

אל בת גש דר הק וצ זפ חע טס ינ כמ
אב גת דש הר וק זצ חפ טע יס כנ למ
אגדדת הש ור זק חצ טפ יע כס לנ במ
א בג הת וש זר חק טצ יפ כע לס מנ
אה בד ות זש חר טק יצ כפ לע מס גנ
או בת גד זת חש טר יק כצ לפ מע נס
אז בו גה חת טש יר כק לצ מפנע דס
אח בז גו דה טת יש כר לק מצ נפ סע
אט בח גז דו ית כש לר מק נצ ספ הע 22.
אי בט גח דז הו כת לש מר נק סצ עפ
אכ בי גט דה הז לת מש נר סק עצ ופ Numeri.
אל בכגי דט הח וז מת נש סר עק פע
אמ בל גכ די הט וח נת סש ער פק וצ
אנ במ גל דכ הי וט זח סת עש פר צק
אס בנ גמ דל הכ וי זט עת פש צר חק
אע בס גנ דמ הל וכ זי חט פת צש קר
אפ בע גס דנ המ ול זכ חי טת קש רע
אצ בפ גע רס הנ ומ זל חכ טי קת שר
אק בצ גפ דע הס ונ זמ חל טר רת יש
אר בק גצ דפ הע וס זנ חמ טל יכ שת
אש בר גק דצ הפ וע זס חנ טמ יל כת
את בש גר דק הצ ופ זע חס טנ ימ כל

16 Sic tota formatio procedit ex nomine vno.

Tota formatio cuius aßiduè fit mutatio materialis, inde pendet, quòd virtute nominis magni, in quo sunt 4. Elementa literalia, sunt omnia creata & compacta. Itaque omnes istæ combinationes sunt veluti in vnum vocabulum conducte, sicut & lex Dei in quĩque libris est, veluti vna vox aut sola dictio composita, vt supra dixi. Vt enim Deus vult esse omnia in omnibus, per nostræ mentis omnia in se comprehendentis virtutem, sic ab initio est omnia in omnibus, vno vocabulo in Sapientia generali & Creata expositis. Nam Sapientia Dei causa est motiua ipsius mundi.

17 Creauit ex אמש Emess & fecit את quod nunquam veterasset.

Supra dixerat tres matres esse Tohu & Bohu cum spiritu Dei. Nunc autem dicit ex Tohu qui loco spiritus siue intellectus agentis est esse creat as rursus Ems, hoc est Alef Mẽ Ssin, sed fecisse את Alef Tau quod non veterascet. Hoc autem refertur ad Principiũ & Finem. Nã & Mens creata est principium & Finis, quia est fons Materiæ & Formæ. Quicquid autem in lege Dei scriptum est, inter Alef & Tau comprehenditur, ita vt sicut Sapientia creata est principium & finis, sic & verbum sit principium & finis. Nam vnus est terminus cogniti sicut & cognoscẽtis, locati sicut & loci. Sapientia enim est verbi fons.

Expoli-

18 Fxpoliuit ex eis columnas de aere, qui non palpatur.

Sicut videmus totam naturam substentari columnis duabus, vna Materialitatis, aut Maternitatis omnia vt in locum mouentis, altera Formalitatis aut Masculinitatis vt in finem mouentis, sic totius Naturæ intentio satagit, vt exerantur duæ in mundo statuæ aut colũnæ. Ideo in aëre illo impalpabili & æterno disposuit, vt tota Naturæ massa fiat immortalis posita super duas columnas aut arborum truncos instar arboris. Nam hæc fuit prima Dei in mundo creando intentio, vt sicut virtute formæ & Materiæ omnia subsistunt, ita totius humani generis (causa cui⁹ omnia facta sunt) fierent duæ immortalitatis arbores, vnà iunctæ. Nam sicut non est bonum Masculum esse solum, sed opus est illi adesse auxilium in fœmina, sic opus est reparationem & perfectionẽ Naturæ proficisci à Masculinitate & Fœmininitate mundi. Et sicut masculus informat tantum in generatione: Fœmina autem dat totam Generationis materiam, sic opus est vt finis restitutionis omniũ & forma fiat à Masculo qui restitunt oĩa, vt in finẽ, vt tã dem vis fœminea eadem actu restituat vt in locum. In signũ harum columnarum, quæ vocantur brachia mundi, Solomon curauerat duas columnas Lilijs & malogranatis coronatas erigi ante portam templi, eo quo istæ duæ naturæ omnia substentant. Hac de re erat columna nubis, & columna ignis a

pud Israëlitas. Nam anima mundi & mens mundi vnà cooperantur, aut intellectus agens & possibilis.

19 Sic loquens fecit omnem creaturã & omne verbum nomen vnum.

IN Deo nec nomen à creatura, nec creatura à nomine potest separari, sed ab altero alterum mouetur. In nomine res exponitur, vt ad finem & proprietatem. In re autem mouetur, vt in suũ proprium locum. Nam imposito per verbum Dei nomine rebus præcognitis res in se esse cœperunt.

20 Sunt 22. voluntates ad loquendũ.

NAm hoc est probatum, quòd sint duo & viginti loca in ore quibus possumus quicquã proferre, ab illis 22. partibus dimẽsionis orbis. Nil autem fit sine voluntate. Quare sunt tot diuersæ voluntates ad proferendum, quot sunt prolationis instrumenta.

21 Tres matres, manus pura, manus impura & lingua media.

MAnus pura bona intentio, impura autem mala est. Lingua autem media est inter bonum & malum subseruiens.

22 Ems, magnum secretũ sex annulis.

EX qualibet Hebraica voce primaria, tribus literis constante, fiunt sex differẽtes voces, siue significent in Hebraica lingua, siue non. Nam ab his tribus literis אמש*, quod est vnum verbum, veniunt* אשם שאם שמא מאש *quod*

quidem

quidem transit in infinitamcopiam verborum.

23 De his procedit Ignis, Aqua, Spiritus.

HOc est tres illæ literæ primo in loco significãt calidum vbi forma, humidum vbi materia & spiritum compositum ex vtroque in omnium rerum indiuiduatione. Nam proprietas spiritus est composito comes.

24. Diuiduntur in masculum & Fœminam.

QVicquid est in rerum natura, habet partem vnam, quæ Masculinitati, alteram quæ fœminitati respondet. Vnde tota vis formæ & materiæ. Nihil autem est inferius in hoc mũdo, quin illud sit superius. Sicut enim videmus in maxime densa ex Aquis pluuiis nube duos esse arcus cœlestes, qui fiunt vnus & superior ab altero primo & viuaciore, quiq; communiter videtur: sic est in omnibus rebus. Sed quia fœmina & Maternitas aut Materialitas est fortior in mũdo isto inferiori quàm Formalitas: ideo viuacior est arcus inferior, vt sursum in cœlo ligetur quicquid illa in se ligauerit prior. Sed sic est in mundo superiori masculinitas aut formalitas fortior, sicut hic Fœminitas. Ideo superiores qualitates veluti masculæ sunt fortißimæ. Nam Ignis est calidißimus vt masculus, sed siccus & in hoc debilior vti fœmina. Sic Aër vt masculus est humidißimus, sed calidus vt fœmina, Aqua frigidißima vti masculus, humida

vti fœmina . Sic & in sex positionibus in leui & graui.

25 Tres matres, ex quibus tres patres quibus creatus est mundus.

VT prisci Moseos auditores absconderent Trinitatis mysterium, timore periculi Idololatriæ, & pluralitatis deorum, in quam vtranque procliuis erat Iudaica gens imbuta conuersatione Aegyptiaca, vocabāt tres personas Trinitatis tres patres superiores Abraham videlicet, Isaac, & Iacob superiorem. Vnde & in Euangelio sinus Abrahami, eo quòd repræsentat patris personam, dicitur habere in sinu animam Eleazari mendici occisi à diuite epulone: qui quum potuisset pascere, non pascendo, occidit vnà cum illo seipsum. Sicut enim vnitas à tribus illis patribus & à Iosef quarto processit, ita vnitas mūdi & Naturæ processit à tribus personis, Patris, filij, & spiritus sancti, per Creatæ Sapientiæ operas actuales. Nam illa est, quæ in ista Aegypto parauit regnum per Christum Iesum, cuius secunda substantia est. Sicut itaque Ignis ex Aqua & Aër medius aut spiritus sustentant mundum, ita sunt ab his matribus siue tribus Elementis inferioribus educti tres patres creati & secundarij, potentiam materiæ respicientes, nempe Potentia Creata, Sapientia creata, & Beneuolētia creata. Vnde fit, vt nil nisi p illos tres patres possimus facere. Potentia itaque increata, qui pater est, per suam Potentiam creatam, qui est

primus

primus patrum, Sapientia increata per ſuam Sapientiā creatam, & Beneuolentia æterna per creatam ex materiæ futuræ potentia eductas creauit mundum.

26 Tres matres ſunt ſpiritus, aqua, & ignis.

H*Inc Ioannes ſacro pectore, cui incubuerat, diues, dixit, tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, Aqua & ſanguis. Siquidem ſanguinum omnium primus princeps & finalis qui Chriſt⁹ eſt, ex Igne & Aqua conſurgens, in calido videlicet & humido formatus, pro vero igne vitali eſt. Nam ſpiritus Deus, & ſpiritus Dei vnitus Aquæ & Igni fecit, vt Ignis & Aqua eſſet ſanguis. Intentio enim ignis in hoc mundo eſt vt faciat Aquam rubram in ſanguine, ſicut oſtendit eius locum in carbonis rubra, dum ardet, ſuperficie.*

27 Cœli primo ſunt creati de igne, Terra de Aqua, Aer de ſpiritu.

S*Vbtiliſsimam Elementaris molis naturam eſſe ignē, & quod leuiſsimum eſt conſtat. Craſſiſsimam autem ad centrum terræ tendere certum eſt. Ex parte itaque leuiſsima elementorum, quæ ab initio in prima ſua materia fuerant, in Aqua & humido ſenſim ebuliēte ſunt facti cœli. Ex igne itaque igneo, ex igne aëreo, ex igne Aqueo & ex igne Terreo factum eſt cœlum. Ignis factus eſt ſimplo ſeipſo tenuior, Aër duplo rarior, Aqua Triplo ſubtilior, Terra quadruplo ſeipſa defecatiſsi-*

ma tenuior, & sic redacta elementa ad ignis naturam fuerunt & sunt cœli materia. Contra omnia facta sunt in terræ Essentia, ita vt sex Elementorum sit Spiritus medius inter maxime ens, quod est Deus, & non ens propriè, quod est natura sensibilis, fuit basis aëris qui medius est inter humidum & calidum, qui sunt Aqua & Ignis.

28 Sunt & tres matres in Anno, Calor, Frigor, media Temperies.

FRigor constringit & densat, silentiúmque rebus facit cum Mem. Calor excitat, dilatat, motum vehementem omnibus facit cum Sschin. Media Temperies in Vere & Autumno est ab Alef in spiritu tenui & leui. Frigor ab aqua, Calor ab igne, temperatio ab aëre.

29. Tres matres in anima, Masculus, Fœmina, Partus.

MAsculus vt in finem spargendo ex igne cũ Schin. Fœmina constringẽdo vt in locum, alendo cũ Mem ex Aqua. Hinc venit virginis puerperæ mysteriũ, quæ habuit vti & mater mũdi ם Mẽ clausum vbi in Esaiaa legitu לםרבה ad multiplicandum eius imperium, eius videlicet Meßiæ, qui natus est ex literæ quidem fœmineæ potentia, sed clausa & integra. Hinc venit Instaurationis mysteriũ. Nam vnus perfectißimus Masculus, & vna perfectißima fœmiua sint ad omniũ Restitutionẽ necesse est, vt ex illis immortalis, & qui omnia sub patre & matre restituat, Partus

oriatur

oriatur necesse est. Nam impoßibile est Deum suæ intẽtionis affectu fraudari. Quicquid itaque in Adamo & Eua veteribus cũ sua prosapia fuit hactenus destructum, in Masculinitate & Maternitate mundi restituatur oportet, sicut Deus instituerat.

30 Fecit regnare Alef cum spiritu, & alligauit illi coronam, &c.

Alef est ipsius partus ab vtroque procedentis aut procreati Typus, in quo innuit certißimè fore, vt virtute spiritus sit vna corona summa, & vniuersum orbem terræ in Officio continens sub iure primi partus totius mũdi. Nam vt in duobus primis parẽtibus fuit fraudat⁹ Deus, & ob id restituere vtrunque in Adamo Nouo & Eua noua necesse fuit, sic est opus vt in primogenito mundi fiat duce spiritu sancto, eadem instauratio. Ideo ponit solum super tres istas literas Coronas, cum septem & duodecim cæteræ literæ sint etiã maximarum virtutum, & à doctoribus etiam Coronatæ, sed Corona vniuersali opus est Adamum nouum (cum schin) viuificatorem totius mundi, & Euam Nouam cum Mem, Coactricem & matrẽ partuum totius mundi, & Cainum nouum cũ Alef ex spiritu generali totius mundi habere Coronã, quæ vniuersum orbem in Monarchiam spiritualẽ & temporalem reducat. Ad hoc enim Deus instituit. Aquam pro Maternitate, Ignem pro Paternitate, & Aërem spiritúmue pro filiatione mundi,

vt in hoc mundo finaliter ita vincant, vt sub Patre, filio, & spiritusancto æternóque Deo, Triplex Corona Magistratus sacri seu paterni, & temporalis siue Materni de eius laterali substantia educti, & Iudiciarij siue mixti ab vtroque procedentis & Filium vtrinque genitum repræsentãtis regat orbem. Sed Alef primus in mẽte, est vltimus in actu. Vnde sicut Moses instituerat vt sacerdos esset Iudex sicut in Samuele vidimus instauratum & in 72 senibus institutum, & in summis sacerdotibus ad Christum vsque obseruatum, sic opus est vt fiat sub hoc sacro magistratu, qui spiritui sancto respõdet, & non suum, sed Patris Matrísque Iudicium in vniuersa terra faciat, sicut Deus ab æterno, vt per Cainum sub Adamo & Eua faceret instituerat. In locum enim eius necesse est restitui, qui ea omnia faciat sub Christo Adamo nouo & virgine vniuersi generis humani spirituali Matre, quod ab æterno fuerat constitutum vt faceret. Ea enim de re non fuit satis vt Christus esset & haberetur redemptor vniuersi (quod non potuisset præstare etiam perfectißimus Adam, eo quòd erat purus homo) sed necesse fuit vt ad implendam eam virtutẽ cui erat obligatus Adam vocaretur nouus Adã. Nam non satis est restitui saluatos in locum damnatorum (quod est necessarium ad replendas sedes à malis angelis perditas) sed est omnino necesse, vt ad ea opera bona opera quæ præparauit Deus, vt in illis ambularent singuli homines, totidẽ alij substituantur,

ſtituantur & reſtituantur, quot leguntur in ſacris Deum ſua voluntate fraudaſſe. Eſt ea de re omnino neceſſarium, vt à Chriſto Nouo Adamo in ſuæ Eccleſiæ membris dormiente, de ipſius latere & totali ſubſtantia participabili educta ſit & formata Noua Eua, ſine qua non eſſet bonum illum eſſe ſolum, eſt inquam neceſſarium ad hoc vt ex vtroque parente, & non ex altero tantum, ſit ſpiritualiter natus filius, totius Naturæ primogenitus, qui in vtriuſque ſpiritu, regens Coronam doctrinæ Alef, cogat vniuerſum ad rationalis officij obſeruationem. Et hoc totum de ſubſtantia Ieſu Chriſti, ex qua mater mundi, vti apex Eccleſiæ nata & formata eſt. Sic opus eſt Chriſtum ad reſtitutionem omnium adeſſe.

31 Fecit regnare Mem, &c.

MEm inquam literam (matrem à qua ſeparatur flebili voce plorando requirens) infans ſtatim natus prorumpit vbiuis gẽtium eſt maternitatis litera, & non tantum Aquis, ſed terræ ob denſitatem præeſt. Siquidem terra eſt ab Aqua. Aquæ autem fluxæ & ſeminales ſunt in fœtu in quem ſemen ipſum conſequitur finẽ ſuũ. Nam aquæ licet ſunt Frigidiſſimæ, tamen eſt etiã terra valde Frigida, qua videlicet proportione Aër eſt Humidior quàm Aqua. Ratione itaque ſigillationis & aſtrictionis compactioniſque corporum maternitatis litera, finali ſua potentia habet terram, quæ nil aliud eſt quàm fex Aquæ & ma-

teriæ primæ, in qua fece ea materia vnde Palmæ concrescit substantia dulcißimo fructu & durabilißimo ligno inter viuentia est, vt à matre mundi accepi. Vbiuis itaque gentium silentium & rerum domesticarum conseruatio indicitur fœminis, ne leges Mariti prætergrediantur, quam in similitudinem sensim opus est conduci tēporalem siue corporum magistratum, vt nil nisi ab vno capite ordinetur, vti à marito per vxorem in filium.

32 Præfecit Sschin, &c.

DEus noster ignis consumens est. Christus eo igne est ob diuinitatem suam præditus, vt omnia viuificet. Ideo habet calorem anni, qui æstate patet, hyeme media in terra ad eam confouendam latet. Vnde in summo gelu terræ tepor statim sub gelu & in puteis fontibúsque viget. Habet caput in homine. Hic est pater mundi. Ideo quia trinus et vnus est, sua litera ש est coronata, & triplici membrorum apice in vnam Basim signata. Sed vna appendit, permutauit, Zirufauit has tres literas, quia mutuas operas tam in natura quàm in gratia sibi præstant. Præterea illa mutatio non fit tātum tribus literis, sed ab ipsarum coronis & Elementis. Vt enim vicarias operas sibi Elementa præstant in compositis, ita & magistratus Sacer, profanus, & mixtus in regendis populis. Hinc factum est, vt in principio Legis Euangelij & Callicæ religionis à Noacho institutæ, sacerdotum arbitrio omnia constituerentur. Demum quum voluêre

principes

principes sacri, per opes & ambitionem fieri principibus temporalibus similes & proprietari, tunc temporales principes sunt potiti rerum, & Bellis mutuis seipsos confecêre, donec à Iudicibus vtrũque spoliantibus res componi oportuit. Sic fiunt rerum vicißitudines.

33 Duplices Bgd cafrt, &c. Septenarius.

Conditis ex indiuiduis hominum cœtibus, superest videre quid in votis magis habeant, & quibus primum rebus vti aut frui in hoc mundo debeant. Vita itaque est primum munus, & ideo charißimum. Est autem recta constitutio & vsus septem membrorum prominentium, dico capitis, & brachiorum, Genitalis, & pedum cum ipso Trunco & fundo corporis. In capite sunt septem portæ sensuum exteriorum, & sensus communis omnibus respondens. In brachiis est ratio septẽ motuum siue sex tẽdentium vt in centrum per musculos Sed sunt propriè sursum in capite deorsum in opposito, ante & retro in pedum incessu, sinistrorsum dextrorsum in Brachiis. Sunt in medio trunco septem bases vitæ, tres arbores, Neruorum prima, à corde per cerebrum, Arteriarum à pulmonibus, per cordis sinistrum ventriculum, Venarũ ab Hepate & Meseraicis intestinis affixis per dextrum cordis ventriculum. Sic componuntur sex sensus & motus sunt in Neruis, Nutrimentum in venis & sanguine, Anemalis facultas in arteriis. Inde resultat vita Naturalis, Vitalis, Anemalis. Neruis

autem cohæret apprehensio, Intellectus, memoria tribus vitæ inferioris partibus respondentes, & ratione hominis coronatæ, sunt & sex conseruatoria sub vno corde Hepar sanguinis, cum aqua & aëre quadrantis, cystis Fellis cum igne, Cerebrum cum sua medulla flegmati et aquæ conformi, Splen cum Atra bili terræ quadranti, Renes ad secernendum sanguinem, semen, lotium, quibus ipsa cooperatur vesicca. Semen in testium virtute & non in corpore seruatur. Intestina finiunt in ano, & incipiunt in ore. Cibus & potus per Isofagum, Aër & vox per tracheam transeunt arteriam. Sic tria intrant & tria exeunt. Post Isofagum ventriculus seu Stomachus, ieiunum, inuolutum, saccus & rectum, post ipsum os, vbi incipit digestio, facit septimum locum. Ossa, Medullæ, Membranæ, Cartilagines, Tendones, Musculi (siue caro quæ & pellem continet omnem) & adeps absoluunt corpus, in quo est vita inferior. Mens autem & spiritus aut intellectus agens & poßibilis cum animo & anema faciunt quaternarium supra ternarium apprehensionis, intellectus, memoriæ, quorum finis bona voluntas octaua die circuncisa. Sic prima res septenarũ septenario constat. Pax. Vt libere & fœliciter habeatur vita, est omnino nobis pax expetenda. Constat autem in felici vsu Potentiæ, Sapiẽtiæ, & Beneuolentiæ Dei Trini & vnius, vt illam per sacri, temporalis, & mixti magistratus vsum in vnam Ecclesiam conferamus, semper erga Deum,

erga

erga proximum erga nosipsos, tam obmittendo illicita, quàm exequendo licita, illam conseruemus, sequendo honesta, iucunda, vtilia in rem proximi & Dei, fugiendo contraria, in nobis autem probrosa, molesta, damnosa pro hac vita petamus vt ad bona æterna per hanc pacem perueniamus. Nam est alioqui impoßibile pacem consequi, nisi plura spernendo quàm quis cupiat: plura patiẽdo, quàm quis lædat. Consilio enim Plutarchi et Senecæ vtatur vera pax oportet, vt cohibita ira & cupiditate semper res nostras cum inferioribus conferamus: si vera pace & nostri potentia vti cupimus.
Sapientiæ, cuius etiam septiformes sunt partes. Nã aut quatuor Mathematicis Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia, cum Logicis, Fysicis, & Moralibus, qui sunt finis omnium, habetur externa, aut interna. Interna autem à Deo procedens in Fide erga Deum, Charitate erga proximũ, Spe erga seipsum exercet se in Iustitia, Tẽperãtia, Fortitudine & Prudentia, aut à ratione morum & propriæ perfectionis vtimur rursus septiformi virtute, Humilitate contra fastũ, liberalitate contra Auariciam, Pudicitia aut Castitate cõtra Luxuriam Amicitia contra Odium, iram & hominũ contemptum, Sobrietate contra Culam vitiosam, Sedulitate contra Acediã aut negligẽtiã. In summa Cogitatio, Locutio, verbúmue & Actio sunt nobis circa verum & falsum occupandæ ad vitandũ & prosequendum. Opes etiam sunt septiformes, in

bonis animi, corporis, & externis, siue mediis, quæ inutilia esse ipsi possessori oportet, nisi quatuor primis virtutibus supra expositis fuerint omnino coniuncta. Solus enim ille reuera opulentus & est & haberi debet, qui bene rebus vtitur, hoc est iustè, moderatè, prudenter, fortiter. Gratia tam super naturalis quàm Naturalis habetur aut à Deo aut ab Intelligētia siue Angelo nobis addicto, aut ab hominibus, & illis quidem aut superioribus, vt Magistratus: aut æqualibus, aut inferioribus, aut ab ipsorum duobus aut omnibus. Proles, Carnis quidem in Filio & Filia continetur, sed in acquisitione liberorum præstantior iudicatur. Nam est Adoptio in medio genere. Discipuli autem sunt mentis filij & ab omnibus optandi. Morum autem sunt imitatores præstantißimi. Imperium seu poßeßio præstantißimum est sui, Secundum cordis in altero homine, tertium corporum quarto rerum. Possessio autem est quadruplex, voluntatis, verbi, libelli, & rei. Sunt autem possessiones, aut in proprietate, aut in vsu, aut in fructu, aut in vsu fructu, & sunt, aut immobilium. siue soli, aut mobilium. Soli, vt pascuum, pratum, Cædua sylua, sylua, flumina, lac⁹ aut stagna quæ sponte ferunt sua omnia commoda, aut ea quæ feruntur vt sata omnia, horti, fructiferæ ararbores. Mobilia sunt Animalia, supellex, Mercimonia, artes. Sed qui sibi non imperat, nulli imperat. Sic sunt septena bona nobis concessa, quæ quia ipsi possessori, aut in malum, si malus est, aut in bonum,

nũ ſi bonus eſt, verti poſſunt, ideo ſunt literæ illæ tenues & denſæ, tenues malis, denſæ bonis. Nam & vita improbis mors eſt. Quiſquis autẽ vlla corruptibiliũ cupidine, aut ira vana tenetur, ille infœlix ſit oportet. Vana autem ſit cupido neceſſe eſt, quæ aliud cupit quàm vt Deo ſummus honor, ſuæ autem Reipub. ſumma fœlicitas in ſingulis eius membris etiam paupertate, dolore, & probro quæratur à nobis. Similis eſt timor vel ira, quæ aliud timet quàm Deum, aut Reip. ſuæ damnum. Ira autẽ vera ſoli corruptioni diuinæ & humanæ legis ſuccenſet, atq; adeò in ſe ſolum inſurgit homo qui iraſcitur, & non peccat.

34 Factæ ſunt ſeptem ſtellæ, &c.

SEptem Stellæ Planetæ dicti ſunt, non quòd errent, ſed quòd contrario motu primo mobili ferantur. Sic autem complent curſum. Saturnus trigĩta annis, Zedec Iuſtitiæue ſub deo miniſter 12. Maad ſeu vehementiæ author influxus biennio. Sol Cocab & Nogah anno vno. Luna ſingulis ferè menſibus. Dies in hebdomada: Primus à quarto Planeta ſiue à Sole, Secundus à primo inferiori, Tertius à tertio ſuperiori ſiue quinto inferiori, Quartus à ſecundo inferiori, Quintus à ſecundo ſuperiori, Sextus à tertio inferiori, & Septimus à primo ſuperiori, habere influxum per angelum ſingulis addictum, eſt creditus, & piè hoc creditur obſeruatúrque modo per angelos illos Dei miniſtros glorificetur Deus, & omnino illa Idololatriæ vocabula,

quibus Pseudotreskia vbiuis mundum obcæcauit, aboleātur. Septem portæ ad animam sunt binæ au res, nares, oculi, & os. Septem Firmamenta sunt potentiæ, quibus cœli consistunt cum 7. planetis. Septem terræ sunt materiales partes defecatæ septē Planetarum, vbi elementa carent accidētibus corruptiuis. Septem Sabbatha. Præter Sabbathi diem creationis qui nobis in primam diem festum Ismaëlitis in sextam etiam festum factus est, apud Hebræos ex ratione anni vsualis, qui ab Autumnali incipit æquinoctio, obseruantur septem Sabbatha. Quū enim obseruetur dies Paschæ apud eos quacunque die acciderit, Luna decimaquarta, ibi constituitur totius anni forma. Nisi enim secundam, quartam, & sextam diem ob numeri paritatem excepissent à Paschate, quouis die Lunæ 14. facerent Pascha. Primus itaque dies mensis primi est primus dies Paschæ. Et posteà fiūt sex Sabbatha. Septimanarum septem, hoc est Pentecostes festum faciunt, secunda à Paschate die. Nam septies septē, sunt 49 post quos intercurrit vnus, & demum secundo fit Pentecoste. Tertia die est caput anni in Tisri ad æquinoctium Autumni. Legis exultatio 4. die. Ieiunium remissionis seu Kippur 5. Purim seu Esteris festū. 6. die. Sic sunt septem Sabbata à lege instituta præter Sabbathum creationis.

35. Duæ literæ construunt duas domos, &c.

NVnc agit de multiplici veritatis indagine, quæ fit tranſpoſitis mutuò literis, vt ex duabus literis fiunt duæ domus ſeu voces & ſyllabæ. vt ex אב fit בא. ex tribus ſex, vt ab עבר fit ערב &, בער & ברע, & רעב et ארבע Quatuor faciunt 24. vt ארבע, hinc ארעב אבער אברע. רבאע ראבע &c. Quinque ædificant centum viginti. sex ædificant 720. ſeptem in infinitum abeunt. Hoc autem intelligit de ſeptem planetarum influxibus adinuicem mixtis, permutatis, ita vt ſit in ſeptimo loco quies, à quocunque incœperis.]

36. Duodecim ſimplices.

IN viſu, auditu, odoratu, ſunt tria extrinſecus per aërem nobis aduenientia, locutio, guſtus, cõgreſſus, duo ab intra, guſtus autẽ ad extra, op⁹, inceſſus, ira, riſus, ſuſpicio, ſopor. His duodecim primis corporis bonis & functionibus poſſunt connecti aptari quæcunque ſunt in corporis fœlicitate ponenda. Hic verò ſcopus rerum verſatur vt omnia in cauſam diuinitus ordinatam referas. sed licet etiã hunc duodenariũ numerũ referre in eã ſolidã fœlicitatẽ quã duodecĩ ſignorũ influxu recipim⁹.

37. Zodiaci.

SVnt menſes & ſigna, vnde quum nil aliud à Deo per gratiam requiratur, niſi Naturæ reſtitutio, fuêre ante diluuium 12. patres in linea iuſtorum in lege Naturæ, ex quibus vndecimus occidit Cham, 12. in lege ſcripta inter quos Dan creditur author generis Antichr. 12. in lege Gratiæ, ex qui-

bus Iudas ītercidit et ſorte eſt in Matthia reſtitut⁹.

38. Horizontis.

Poſſent iſta ad 12. ventos, ſed præterea antiqui illis addunt totidem ſurſum & totidem deorſum, vt quicquid eſt à puncto verticis ad rerum baſim tanquam à polis diuidatur in 12. per 90. gradus ſurſum & deorſum obſeruatos. sed tamen poſitis polis ſurſum & deorſum, & ortu occaſúq; ſimiliter, dant etiam ſingulas plagas ſingulis lateribus vt ſint quaterni Orientales, totidem Occidentales, vnde fiũt octo, quibus 4. addita à polis fiunt 12.

39. Tria ſunt vnũ & vnum per ſe ſtat.

Hoc eſt magnũ Dei nomẽ. Potẽtia, sapiẽtia, Beneuolẽtia in vna eſſentia. Ideò ſub ſe ordinauit Animũ mũdi, Animã mũdi, et Mũdum inferiorẽ ab vtroq; procedentẽ ſolius Dei virtute. Animus mũdi ſiue mens aut intellectus agens reſpõdet potẽtiæ oĩa vt in finẽ mouẽti & ordinãti, actu tanq̃ vera & actualis vnitas. Anima mũdi ſiue ſpiritus aut intellectus poßibils omnia in ſe eminẽter mouẽs vt in locum repræſentat Deũ ſapiẽtiã. Mũdus inferior Forma & Materia ſimul conſtãs refert spiritũ ſanctũ Deũ qui ab vtroq; procedit et digitus Dei ideo dicitur, quia de poẽtia in actũ oĩa cõducit. sic Deus pater per spiritũ ſuum, Filius per ſuũ, & spiritus ſanctus per ſuũ qui eſt actualis formæ & matereæ maritator. Condidit, Creauit, Formauit, & fecit omnia, & iiſdem miniſteriis aßiduè conſeruat & inſtaurat.

RESTITVTIO RErum omniũ conditarum, per manum Eliæ profetæ terribilis, vt fiat in toto mundo conuersio perfecta, & maxime inter Iudæos.

Interprete ex Hebræis G. Postello.

Versio ex lingua sancta Adami, Mosis, & Christi, ducum legis Naturæ Scriptæ & Gratiæ, ad restabiliendam in mundo imaginem Dei, in Potentiæ paternæ, Sapiẽtiæ filialis, & Beneuolentiæ spiritualis vsu olim diuinitus positã, & nunc eò reducendam sacrosancti magistratus Animorum, Corporum & Rerum curâ, in Sacerdotio, Regno & Iudicio perfecto constituta.

GVILIELMVS PO

ſtellus Rationis æternæ inſtaurator, Senatui Diuinæ Doctrinæ Pariſiis & in tota Gallia alumno, ſummæ authoritatis & rationis vindici & aſſertori, S. æternam:



Icut Diuina Prouidentia, vobis incogitantibus, Senatui veſtro, propter populi & regni in quo vigetis, præordinationem, dedit ſummę Authoritatis & Rationis mundi cõſeruationem & diſcuſsionem veriquiram, ita neceſſe eſt vos nunc ipſos probare Chriſto, qui vobis iſta dedit, & ipſi principi Chriſtianiſsimo eius vindici, qui in hanc diem, vos in electa Republica conſeruauit, vt ipſi conſeruationi pares eſſetis. Quod vt faciatis & prima quaque occaſione, iſthæc in tantæ molitionis baſim comprobetis, vt vos q̃ poſſum oro vehementiſsimè, ita vobis omnino proteſtatum hic volo, me pro his & aliis quæ his conſectanea ſunt, aſſerẽdis, eſſe omnino & Chriſto & Regi Chriſtianiſsimo in ſuæ Reip. Salutem, ad quoduis ſumum diſcrimen deuotum.

FATO SIGNOVE foelici, incipit liber Rationis Rationum.

IN suam laudem creauit Dominus Deus exercituum mundũ suum, vt daret dominatũ eius Christo suo, & ad faciendum instituendúmue regnum in inferioribus, secundum similitudinem superiorum: Quia hoc vt esset è regione, seu instar alterius, fecit Deus. Notum est omnibus hominibus, quia figmenti seu originis malum est in medio nostri, quod seducit & supplantat nos, & coartat impedítue nos, ne faciamus bonum quod cognitum est nobis. Quoniam ad hanc vsque diem omnes filij hominum sciunt bonum & malum in suo corde, & faciunt malum & non bonum, coarctati à figmento malo. Et ideo sicut particulares cognoscunt bonum & malum, & eligunt malum vt faciant, eo quòd cor hominis sit procliue ad malũ ab adolescentia, sic faciunt & Regna. Et inde accidit malum magnum, & prohibens impediénsue ipsum regnũ Dei, Opt. max. nesit, & prohibet etiã regem in inferioribus esse, sicut est in superioribus, secundũ voluntatem Dei. Sed nunc necesse est omnino quod fiãt omnia in inferioribus sicut venit in mentẽ, seu ascẽdit in cogitationẽ ipsi creatori ab initio. Serpẽs ipse

qui seduxit Chauā matrem mundi totius, est causa figmenti mali, imò ipse est ipsemet figmentum malū, quod occidit omnes homines in ventre & visceribus matrum nostrarum, & ea de re, nos sumus necessitate coacti ad circuncisionem veram, & quæ est in istis duabus rebus, quarum prima est,

Recede à malo, & secunda, Fac bonum.

Quoniam tunc creator regnabit in medio nostri, quum nos obseruauerimus hoc præceptum solummodo. Et non est possibile quòd vitium originis recedat à nobis, nisi cum modo isto. Sed quoniam potentia virtúsue nostra est parua admodum & potentia Satanæ, qui est Malum originis in se & in suis operibus, ita vt non inueniatur potentia super terram maior quàm potentia eius, necesse est omnino quòd rex Messias cuius Satanas contriuit vestigia, conterat caput eius: sicut est interpretatū Chaldaice in Thargumo Ierosolymi..no super versu: Ipsum conteret caput tuum. Ad finem dierum per manus ipsius regis Messiæ. Ipse solus cuius regni gratia Deus creauit mundum suum: Hic, ille, ipse, solus inquam ipse, cum spiritu sancto suæ virtutis potest destruere & perdere regnum impium, cuius Satan est rex & Moderator cum Figmento malo, sicut ad hunc diem (videmus) Et sic, non est possibile quòd veniat regnum Dei in hoc mundo, nisi per manum & per potentiam ipsius Regis Messiæ, in cuius tempore non erit vlla oblatio, nisi oblatio Eucharistiæ

charistiæ

charistiæ ſiue laudis, quoniam in diebus Meßiæ o-
mnes oblationes ceſſabunt præter laudis Euchari-
ſtiæúe ſacrificium. Et hic eſt ſemen ipſius Viragi-
nis, & non eſt dictum quod eſſet ſemen viri: quoniã
neceſſe eſt omnino quod ſicut ipſa virago fuit prima
cauſa (conſentiens) ipſius Originalis mali, quando
audiuit & obediuit Serpenti, & recœpit ſpumam
Materialem ab eo, & comedit antequam dediſſet
viro ſuo, ſic ſemen illius, cuius non eſt nominatum
nomen viri, conterat ipſum caput Satanæ in ſeculo
venturo, ſicut Satan in hoc ſeculo contriuit ipſum
calcaneum (partémue infimam animæ & corporis
videlicet) ipſius ſeminis primi. Et quidem certe, ſi-
cut perierunt omnes filij hominum ob cauſam pec-
cati ipſius Euæ, & inde omnes vniti ſunt cũ ſigmẽ-
to malo in vtero matrum ſuarum, ſic neceſſe eſt vt
ſit ſalus ex ſemine bono ſicut malũ inde profluxit.
Magna enim eſt virtus Dei optimi maximi et infi-
nita. Et ideo, ſecundum quod voluit eſſe aliquam
rẽ in humano genere, ſiue in Natura humana quæ
eſt finis omnium rerum creatarum, Et in modo, &
in loco, & in tempore vno, Neceſſe eſt omnino vt ſit
ſecundum voluntatem eius. Ideo neceſſarius eſt mo-
dus ſeminis boni & ſpiritualis, & non enecantis, in
loco viſcerum ſeu Matricis, & primæ Miſericordiæ
viſceralis Matrum noſtrarum, & eſt neceſſarium
omnibus filiis hominum vt generentur ex vna ma-
tre ſola, ſicut in vna ſola occiſi ſunt. Et vt ſit tem-
pus cum modo & cum loco, ſicut Deus promiſerat

se factūrum in mūdo isto omnia noua, hoc est vt po neret in medio cordis nostri spiritum nouum, sic fecit, & creauit Deus mundum venturum, in cuius principio Eua noua creata est, & non est notificata vlli creaturæ nisi viro suo, de cui⁹ latere est creata & sumpta & ædificata, & filio ipsius Caino nouo & restituto, quem possedit ipsum cum Deo & per Deum, & nō amplius cum figmento malo, aut per ipsum cū quo Cain vetus fuit occisus valde admodum. Eamobrem necesse est quod semen ipsius Viraginis conterat caput Serpentis in æternum & vltra. Ideo nunc Deus creauit mundum suum interiorem, vt sit nouus in seculo venturo, & vt sit tempus sicut à principio, vt fiat in hoc tempore redemptio ipsis electis, & ad persequendum, & ad ligandum Satanam, sicut decebat à principio. Quoniam est necessarium quod creator regnet per manus regis Meßiæ in mundo venturo, & in hac terra inferiori, sicut Satan regnauit in eadem in mundo præterito. Nec est inter mundum præteritum & inter dies Meßiæ vlla differentia aut mutatio naturalis, nisi in cordibus nostris solum, eo quod ibi destructus est mundus paruus. Nunc autem sciendum est quod Rex Meßias ante tempus destructionis secundæ venit. Et quum venit sub Aedom, per manus Herodis Aedumei & Cæsaris Romani est afflictus, & persequuti sunt illum filij pacti sui cum filiis Aedom, vt esset in opprobrium cunctis gētibus, donec ipse occisione cæsus est non sibi. Et postquam

occisus

occisus & abscisus & surrexit absconditus est in Roma impia cum spiritu et mente sua, sed cum corpore & anima, ascendit in cœlum, vsque ad diem qua manifestabit se toti generi humano. Et erat necessarium quod ipse venisset antequam destructa est domus Sanctuarij in tempore Captiuitatis Titi, sicut est scriptum in Esaiah, Antequam parturiret peperit, antequam aduenirent illi dolores, ipsa enixa est masculũ. Hic masculus est Rex Meßias, quem Congregatio Israël peperit, antequam parturiret, & antequam venirent illi dolores perturiẽtis, & angustiæ desolationis secundæ. Et ita scriptum est in Genesi, quod non tolletur recedétue Sceptrum de Iudah, donec veniat Silloh: Thargum Ierosolymitanum, vsque ad tempus quo veniet Meßias, qui est futurus vt surgat resurgátue. Notũ est & filiis pacti & omnibus gẽtibus, quod quũ sunt in captiuitatem abducti Israëlitæ, tũc receßit à Iuda Sceptrum & legislator seu ordinator, quum abierunt in captiuitatem. Et ideo, est omnino necessarium, quod Rex Meßias venisset antequam sunt captiuati per manum Titi. Et necesse est etiã quod filij pacti peccatum fecerint contra regem suum & contra Deum suum, in illo tempore, quo Deus tradidit illos in manum Romæ Gentilis impiæ maximæ inter quatuor Monarchias. Quoniam in eo tempore quo erant venturi in libertatem, & in dominium, & ad regnandum super totum mundum cum suo rege Meßia, tunc sunt dispersi & traditi

in captiuitatem & in opprobrium omnibus habitatoribus terræ, ſicut ad hanc diem. Et quidem eſt neceſſarium omnino, quòd hoc peccatum eorũ per maximum ſit, quod reprobauerunt lapidem ſuum primarium capitalémue, & fundamentarium, qui eſt Rex eorum Meßias: & propter hanc cauſam eſt occiſus & damnatus ſub dominio Cæſaris & Romæ impiæ. Et ideo dicitur in Thargum Ieroſolymitano quòd ſurrecturus erat. Niſi enim occidiſſent tantũ virum non erat poßibile vt reſurgeret. Quia non habebat neceſſe mori cum coactione ſua ſicut cæteri homines, eo quòd eſt Maior omnibus profetis, Maior ipſo Eliah, Maior Moſe, & etiam Maior, omnibus Angelis miniſterij Dei. Et ideo non erat neceßitate coactus ad mortem, ſed ſicut voluit vt daret omnem rẽ ſuam, & vt daret ſeipſum ob ſummum amorem Dei optimi maximi, quem neceſſe eſt diligere ſuper omnia creata, ex toto corde, ex tota anima, ex toto ſpiritu, ex tota mente, ex tota virtute, quòd ſicut voluit facere, ſic permiſit filios pacti ſui, & iudices Cæſaris Romani, quod cum calumniis & teſtimoniis falſis occiderent eum, ad oſtendendum in ſua reſurrectione, quod eſt omnipotens, & cui poßibile eſt reſurgere, quod non eſt poßibile vlli homini præter eum. Et ſic oſtendit in ſua occiſione voluntaria & non coacta, quod eſt maior Angelis ſummis, quia non habent hanc fortitudinem, vt moriantur & reſurgant, per ſe, de ſui natura. Et ex hoc videtur quòd eſt mortis dominator, quam mor-

tem

tem Satanas introduxit in mundum istũ, cum peccato Euæ primæ, & Adami primi. Vnde est omnino necessarium quòd sit illi potentia vniuersi & diuinitas in substantia propria. Quia non est posibile quod dominetur super Satanam & mortem in seipso suscitando, nisi cum potentia diuina & maiore quàm sint omnes angeli ministerij, supra quos solus Deus est maior. Ideo erat necessarium ipsi Regi Meßiæ, vt ostenderet inter omnes gentes, & potißimum inter omnes filios pacti, & filios Babel, (vbi est Aedom in Roma impia) quod ipse est potēs plus quam omnes angeli ministerij, quia non est illis maior, nisi Deus solus. Et non esset poßibile illi vt ostēderet se talem, nisi per victoriam serpentis & vitij originalis, & per victoriam mortis, & per victoriam mundi totius, postquam surrexit & ascendit in cœlum cum corpore & anima, sed ipse stat in Roma impia, cum spiritu suo, & cum mente sua abscōditus in sacerdotio tradito ipsi Papæ Romæ, qui ob virtutes Satanæ & mortis, secunda vice occidit spiritum eius, & ob duriciam & robur faciei siue impudentiæ suæ, & cum cogitatione sua seu desyderio, & cum voluntate sua, magis impia quàm Satanica, factus est in corde suo potens super potentiã Christi, & eleuatus est super totã ecclesiam sanctã, in malum eius, & super omnia concilia iustorum, & super omnes duces populorũ, & super reges terræ, & sic Christus voluit duab⁹ vicibus occidi gratis. Prima vice in aduentu primo, quum est passus

in Ierusalem, & obiit in corpore & in anima (non in animo) & postea surrexit, & vicit filios pacti cum exercitibus Titi, & postea adduxit sub suum dominiū temporale Constantinū, & omnes Cæsares qui ab eo tempore regnarunt in Roma prima, seu in secunda, aut Constantinopoli. Et quādo fuit totus orbis subactus sub dominiū eius spirituale tūc permisit quod Papa Romanus, cui Meßiæ potestas data est in manum eius, insurrexit contra eum, & contra creatorem suum, dicens ego sum omnino maior omnibus regibus terræ, & omnibus angelis ministerij, quia non est potestas super terram quæ possit redarguere me de vlla re mala, & ne faciam filios meos, & seruos meos, & omnes gentiles meos, & omnes mihi seruitute obnoxios, principes de Thesauris ipsius Christi. Et sic occidit eum secunda vice. Sed necesse est vt suo spiritu occidat hunc blasfemum, & necesse est vt regnet ipse Meßias in toto mundo, cum virtute sui spiritus extincti, sicut absconditus erat in discipulis suis, & seruis suis testibus veritatis, qui occisi sunt propter nomen eius, vicit mundum vniuersum in resurrectione sua. Et sic erat necessariū in aduentu eius primo quod veniret in substantia siue persona sua propria corporali & nobis simili ad moriendum pro salute nostra & ad resurgendū propter spem nostram, sed in suo aduentu secundo, necesse est quod veniat per spiritū suum solum, & cum suis ducibus fortificatis de spiritu suo, & de mente sua, vt faciant illi potentiam

&

& coronam in mundo vniuerso, secundum quod profetarũt profetæ omnes, quia ĩ Ziõ erit liberatio. Et est ab eo ostendẽda eius potentia vsque in infinitum, in hoc opere quod faciet cum eius adiutorio simili sibi, quum viderit mundus totus quod suscitat seruos suos à suo puluere in vitam venturi sæculi, ut faciat per eorum manus virtutes maiores prioribus, vsq; in infinitũ. Et ea de re scriptũ est in thargumo Ierosolymitano super versu: Hæc est nox obserua bilis. Moses procedit ex deserto, & rex Messias à Roma. Hic autẽ Rex à Roma progrediens nõ est in propria persona, sed in suo spiritu sua & ratione solum cũ duobus ducibus populi sui & captiuitate sua. Quia principiũ captiuitatis eius est Roma impia, vt scriptum est in Habdiah: & ascendent salu atores in montem Zion ad iudicandum ipsum montem Esau & erit Domini regnum. Duo saluatores sunt in quib us non est salus per se, sed quia facient descendere diuinum influxum spiritualem à rege Meßia super omnes habitatores orbis, & sunt, ille in reuolutione Caini, hic autem in Abelis, ipse ad sacerdotiũ, hic autem ad Regnum. Licet enim nec ille sit vocatus sacerdos, nec iste Rex, tamẽ erat Primogenitus ordinatus ad sacerdotium, secundus autem ad regnum. Et ad hanc intentionẽ excitauit primo Euam nouam vt poneret in ipso adiutorio suo sibi simili & correspondente totam substantiam spiritualem ad generationem duorũ filiorum suorum, Caim & Abelis, vt fiat orbis to-

tus tanquàm vna domus, ſicut ordinauerat Deus ab initio. Et ex hoc inueniũtur duo Meſsiæ in Midraſsim, in Rabboth, & in Ialcut, | ſed in Cantico Canticorum ſuper locum Duo vbera tua. Thargũ, Rex Meſſias, filius Dauid, & Rex Meſsias filius Efraim. De Bethlechem enim exit Meſsias filius Dauid, & hic ſolus eſt Baſis, & Principium, & Finis, & ſubſtantia omnium. Etenim filius Dauid in ſua ſubſtantia & Meſsias Acteriel iah, corona Dei præditus. sed Rex Meſsias ſpiritualis, eſt ab occaſu cum vexillo Efraim, & sechinah fortitudinis ſuæ, ad redarguẽdum totum mundum cũ Ratione Rationũ. Et ideò ipſe primus, poſtquàm ſurrexit, iuit à terra Iſraël ad Romam abſconditus in ſuo ſpiritu, & Mente ſua, & ſtetit cum Põtificibus ſuis ad hanc vſque diem. Ideo neceſſe eſt quòd ſecundus exeat inde, & eat ad terram Iſraël, in locum primi. Et ſic, quemadmodũ Moſes exiit ex deſerto, ſic Meſsias ſecundus exibit de Roma, cũ hæreditate & cum parte data ipſi Efraim, quem ipſum Iſraël conſtituit, ad benedicendum illi valde, & magis quàm Manaſſe, & ante omnes filios Iſrael, & etiam ante Iudam in Berecah ſeu benedictione. Quia eſt primus in intẽtione, & vltimus genitorum ipſi Iſraëli. Et ideo Meſsias primus eſt de benedictione Iudah in carne ſua ſolum, aſt de ordine Melchiſedech ſecundum rationem ſacerdotij ſui. Verum ſecundus eſt de benedictione Efraim, cuius caſtra erant ab occaſu, eò quòd Roma reſpe-

ctu

ctu Terræ Israël est in occasu, vbi est spiritns sanctus fœmineæ vocis fortitudinisq; diuinæ, qui incubat super faciem maris cum pede quarto Mercauæ, eò quòd inde colligetur totus orbis cum filiis pacti ad ascendendum Ierosolymam ad montem Zion.

Hæc est nox obseruabilis: quia sicut Moses exiit de deserto, & iuit in Aegyptum, ad redimendum filios pacti à cultu alieno, & de domo seruitutis, & eduxit eos ad terram Israël, sic omnino necesse est quòd à Roma exeat rex Messias, qui ab occasu cõducat vniuersum mundum in terrã Israël. Et hæc est nox obseruabilis, & non dies, eò quòd dies erat, quum venit Messias filius Dauid, quando reprobauerunt eum ædificantes, & occiderũt eum, & persecuti sunt vsque extra terram, & non viderunt lucem illam magnam. Et ideò Nox & non Dies est obseruanda in futurum, quia non videbunt amplius suum Messiam in sui substantia personáue, sed in suo spiritu & in eius adiutorio simili sibi solum, donec venerit iudicare in persona sua mũdum totum. Tunc enim videbunt eum omnes habitatores terræ in corpore suo & in ira furoris sui. Tunc autẽ fuerit redemptio perfecta, quũ regnabit Rex Messias in inferioribus, sicut Deus gloriosus regnat in superioribus. Et erit necesse seruare in eius regno ordinem naturalem. Quoniam Corona Sacerdotij est prima & honoranda valde, supra coronã Regni. Quia hæc est instar Patris, Regni autem, è regione Matris, Iudicij verò instar Filij & Filiæ

ſimul, correſpondenter Deo, Homini deo, & Homini inferiori. Et ideò, ipſe per ſe aſcendit in cœlum, à tempore ſui aduentus primi, vt poneret ibi ſolium ſuum ſecundum dignitatem ſuam magnam, ſuper omnia regna Terræ, & ſuper omnes principes cœli. Quoniam regnum ſpirituale eſt ad redemptionem Animi ſolum, ad expugnandum & deiiciendum ab eo virtutes mali originalis, ſed neceſſe eſt vt in ſecundo ſuo aduentu regnet tam in Cœlo per Pontificatum quàm in Terra per Regnum, vt fiat voluntas Creatoris ſicut in cælo & in terra, ſicut ſcriptum eſt in Ieſaiah: Ecce ſeruus meus intelliget: Thargũ Ionathã. Ecce proſperabitur ſeruus meus Meßias. Sed omnia ſunt de vtroque aduentu ſcripta vſque ad caput 55. Quoniam ſicut Adam primus fuit ab initio creatus & aſſumptus in paradiſum voluptatis antequàm conderetur de lateralitatibus ſuis Virago in eius adiutorium ſimile ſibi, quæ eſt creata ibi in paradiſi medio & non extra, ſic eſt omnino neceſſarium quòd aduentus ſecũdus ipſius Meßiæ ſit, fiátue ex ipſius ſubſtantia ſpirituali ſeu de eius ſpiritu laterali in Euam nouam quæ eſt anima illa ſuperabundans quæ eſt inuenta creata ſuper numerũ, ad auxilium ſimile ſibi. Hæc autem eſt ſterilis illa quæ non peperit quæq; iubilat exultátque, eò quòd erunt plures filij eius quàm illius quæ fuit maritata dixit Iehouah. Sed totum caput quod eſt ante iſtud dicitur ſine dubio de aduentu primo Regis Meßiæ ſicut interpretatus eſt

Iona-

Ionatan. Quia infirmitates doloresq; nostros ipse portauit. & dolores nostros substinuit, nos autem reputauimus eum oppressum & percussum Dei, &c. Sed quum venit in aduentu suo secundo vt sit super omnia in caput, tunc videbunt illi quibus de eo non erat annunciatum narratúmue, & qui non audierunt, intelligent. Quis enim cognoscat vnde venit spiritus, cum quo necesse est omnino, quod mens & spiritus dati Caino & Abeli à principio, reuoluantur super duos saluatores, qui sunt geniti, vt sint in loco eorum, & vt faciant omnia ea quæ Deus ordinauerat ipsis Caino & Hebeli, vt facerent in honorem eius? Reuelabuntur autem mundo per modum Rationis, & cum demonstratione, & ostensione Naturali sicut voluit Deus benedictus à diebus Creationis. Est enim necessarium omnino, quòd omnia quæcunque Deus ordinauit & disposuit & voluit vt fierent aut essent, fiant & sint secundum eius voluntatē licet retardentur & veluti supplantatione differantur mille millibus annorum. Quia non est poßibile quod pereat voluntas ipsius Creatoris benedicti & summi.

Verum est nobis videndū in omni loco Bibliorū, in quo sit mēsio regis Meßiæ, quid sit in seipso, quod nam est opus eius, & quidnam sperandum est ab eo. Et antequā scribamus de eius nomine sensibili, scribemus rationes de quibus probabimus, quod sit necessarium vt sint aut duo Reges quorum nomen Meßias, aut vt sint duo aduentus eiusdem.

Clarum eſt, quòd ſemen Euæ debet eſſe in capite vniuerſi ad delendum occidendúmque Serpentem, & virtutem mali originis, quod ſeduxit Euam primam. Quia eſt neceſſarium ipſius ſemini, quod conterat ipſi caput, ſicut contriuit calcaneum omnium hominũ: Cum hoc autem ſemine, Corona ſacerdotalis alligata eſt. Eſt etiam clarum, quod de Noacho ſecundo patre mundi vniuerſi, exire debet ſemen, ſub quo nos conſoletur Deus ab operibus noſtis, & à doloribus manuum noſtrarum de Adamah terra (ab Adamo dicta) cui maledixit Dominus. Eſt enim neceſſarium quòd ſicut fuit prolatũ promiſſúmque verbum iſtud ipſi Lemeco & toti mundo in Noacho, quod ſic faciat Deus, ſiue in Noacho ſiue in eius ſemine. Quum autẽ nõ exhibuerit hoc verbũ quod promiſit ei Noacho, neceſſe eſt omnino quod exhibeat in eius ſemine, qui conſoletur mundum totum à doloribus Euæ & Adamæ Viraginis ipſius Adami, quam in doloribus maledixit Deus. Et Corona Regni eſt colligata cum hoc verbo.

Similiter clarum eſt quod de Abraham debet exire ſemen, quo in ipſo ſint benedicendæ omnes gentes & non ſolum eius ſemen. Et cum hoc eſt alligata Corona legis, vt cum ea totus mundus iudicetur. Quod ſi omnes familiæ terræ ſint benedicẽdæ in ſemine ipſius Abrahami, neceſſe eſt multo magis vt ſint benedicendæ in ſeminibus ipſorum Noachi videlicet & Adami ſeu Euæ. Et hoc eſt vinculum tripli-

triplicatum regis Meßiæ, quod vinculum omnes gentes & populi & maximè filij pacti volunt frãgere, causa Iesu Nazareni. Quia est necessarium, quod in mundo vniuerso sit sacerdos magnus vnus & Rex magnus vnus, & Iudex magnus vnus, vt fiat cum hoc vinculo (triplici) volũtas ipsius creatoris benedicti. Sub dominio (in spiritu) ipsius regis Meßiæ, oportet vt sint vĩcula ista, quæ vinciãt, hoc est triplicata retineãt, sicut exponit R. D. Kimhi, cum Sacerdotio, cum Regno & cum Iudicio, quia omnes principes mundi sunt futuri sub eo in æternum, & sic funiculus triplex non rumpetur in sæculum sæculi. Et etiam omnes sapientes mundi intelligunt, probántque quod est necessarium vt sit in caput omnium particularium Rex vnus, qui sit Potẽs, Sapiẽs, & Bonus præ omnibus regibus terræ, eo quòd hoc est in desyderio bono omnium hominum, vnde est necessarium vt veniat de potentia in actum cum effectu, sicut est in desyderio bono. Et hoc modo, mundus totus obseruat Triplex vinculum istud, sine præordinatione Dei, donec multiplicetur Regnum Meßiæ, sicut loquuntur de eo in locis multis, siue Thargumi Ierosolymitani, siue Ionatani, siue Ankelu. Quoniam quùm fuerit multiplicata in toto mundo Humilitas, Mansuetudo, Iustitia, Pax, Misericordia, Charitas, tam inter prĩcipes q̃ inter populares, tũc multiplicabitur Regnũ eius. Et hi ipsi principes iusti, sunt mẽbra vti manus et pedes aut oculi regis Meßiæ. Ideò scri-

ptum est in Thargumo Ierosolymitano, super versum: Rubicundiores oculi eius vino, ô quàm pulchri sunt ipsi⁹ regis Meßiæ? Duæ autẽ man⁹ Regis Meßiæ notãtur in Eldad et Medad, qui erãt scripti inter 72. seniores, de quibus Thargũ Ierosolymitanum sic scribit, super hoc, Et remãserũt duo viri: & cum manibus regis Meßiæ ipsi coincidunt. Et propter illos dixit Moseh. Et quis det vt totus populus sint & ipsi profetæ, quum dederit Dominus spiritum suum super ipsos? Necesse autem est vt fiat impletum sicut orauit Moses, in oratione sua, vt sit in omnibus filiis hominũ spiritus profetiæ & cognitionis creatoris sui, quæ est profetia magna, donec eleuetur ex Agag regnum Israel. Quoniam ex Agag, & ex Hammalec, & ex Zarach, & ex Ammon, & ex Moab, & ex Esau, et ex Ismael prodibit vis Regni, pro Israel sicut scriptum est in profetia Balaam vbi dicit: Et distillabunt aquæ de situla sua, & semen eius in aquis multis, & extolletur ex Agag Regnum eius & extolletur Regnum eius. Vbi Thargum Ierosolymitanum ait: Et multiplicabitur Regnum regis Meßiæ. Et necessarium est omnino vt adsit salus omnibus nationibus terræ in mundo toto, sicut iniuit Deus pactum suum cum Abraham. Et ideo necessarium est etiam vt ex Hammalec filio Esau per semen scorti, prodeat Regnum secundarium, et sacerdotium secundarium pro Israël, propter partẽ Occiduam ipsius Efraim & Biniamin. Et sic multi-

multiplicabitur regnum Meßiæ ex Agag. Quia ex Roma impia prodibit sacerdotium & Regnũ secundum spirituale ipsius Regis Meßiæ. Quoniã eò quòd Lot erat iustus cum Abraham, & cum ipso Abrahamo sinistrabat aut dextrabat, factum est semen eius in benedictionem. Et quia Ismael & semen eius vsque ad Muhammed, & Esau cũ semine suo vsque ad Hammalec, & vsque ad Papam Romanum qui factus est spurius ob suam superbiam, omnes sunt extracti de semine patris nostri Abraham. Benedictio secunda data est illis, sicut prima data est filiis pacti, qui perdiderunt eã, quãdo occiderũt pactũ suũ, qui est caput verũ quod tollit peccata nostra. Et hic tribus vicibus benedictæ sunt oẽs natiões terræ. Prima vice in semine Euæ, de qua necesse est, quod exeat qui conterat & abscindat caput Serpentis. Et hoc est opus Regis Meßiæ, qui in victoria ipsius Serpentis, vicit etiam malum originis, & mortem in seipso & in eorum animis qui credunt in eum. Est hic est benedictio magna, & prima pro omnibus filiis hominum & nõ pro Israel solum. Et de hac benedictione erat benedictus Abel super Cain primogenitum ipsius Euæ. Quoniam benedictio ipsa data est fœminæ Euæ, & non viro, matri & non patri, ipsi secundæ personæ & non primæ. Et ea de re omnes secũdarij sunt magis benedicti. Abel plusquam Cain, Iafet plus quã Sem, Isaac plus quam Ismael, Iacob plus quã Aedom, Iudah plus quã tres fratres primi Reubẽ Sy-

meon, Leui, Farez plusquam, Zerach, Beniamin vltimus plusquam omnes fratres, Solomō plus quā tres fratres priores. Et ideo hæreditas secunda & inferior data est in manum secūdæ istius, pro benedictione secunda ista. Quoniam ipsi Adamo primo, postquam peccauit nō est data vlla benedictio, eo quod pars eius est in mundo superiori, & non in inferiori, nisi in spiritu tantum. Et ea de re primū regnum & corporale ipsius Meßiæ non fuit de hoc mundo sed de mundo superiori tantum, vbi ascendit cum corpore & anima sua Rex Meßias, vsque ad tempus quo veniret vice secunda, cum semine suo spirituali, in adiutorio sibi simili, ad generandum ex eo Eliam primogenitum in locum Caini, vt restituantur hoc modo omnia. Et ideo scribitur in lamentationibus, super versu: Consummata est iniquitas: Targum Ionatan. Et redimeris per manum Meßiæ, & Eliæ magni sacerdotis. Sūt enim hi duo saluatores qui ascendent in Ierusalem à Roma impia, in qua semen Hammaleki dominatur. Et ob causam superiorū & inferiorum, necesse est vt Elias veniat cum spiritu suo primogenito, cum rege Messia, vt sit regnum regis Meßiæ in superioribus & in inferioribus, in superioribus in persona sua solum, cum sponsa sua, sponsa vniuersali, Eua noua, vsque ad diem quo ascendemus ad eum in cœlum. In inferioribus autem solum per manum Eliæ, cuius pars etiam non stat in mundo isto, sed in paradiso voluptatis. Sed ad restituendum regnum inferius

rius

rius in manum fratris sui Hebel iusti, & qui ambulabat cum Deo, vsque in diem quo veniet in suo spiritu secundo, ad instar Euæ reginæ in inferioribus, vt ponat totum mundum in regnum per manum seminis ipsius Noachi, in cuius manum secunda benedictio data est, pro semine suo, de quo extractus est Cham in Chanaan, qui est maledictus, & profligatus ex hæreditate sua. Et sicuti erant duo fratres filij Euæ, sic sunt superstites Noacho duo filij, in hæreditatem vniuersi mundi, Sem & Iafet, ipse pro sacerdotio, hic autem pro regno. Et sicut est occisus à Cain. Abel propter hæreditatem inferiorem, sic semen ipsius Sem, qui est Malchisedec, & sacerdos summus, expulit in Iudaismo nomen fratris sui Iapeti propter hæreditatem inferiorem. Et ideò omnino est necessarium, quòd sicut est positus Seth in locum Abelis secundi & occisi, & non in locum Caini primi & homicidæ, est inquam necesse, quod restitutio fiat per manum Regni, per modum Rationis naturalis, quæ est data in manū Eliæ coniuncti cum spiritu regis Meßiæ, dato ipsi Euæ nouæ, ex qua Elias emanatus est, per semen Adami superioris, qui est Adam nouus, seminans semen suum spirituale in medium Adamæ nouæ, & repurgatæ tanquam aurum, propter secundam benedictionem datam ipsi Noacho & semini eius bono. Et sic sicut sacerdotium cum cupiditate occidit seipsum, & posteà occidit fratrem suū ipsum Iafet, sic necesse est omnino quod restituatur Seth

ſecūdus qui eſt rex Meßias ſecūdus in loco Iapeti, & non in locum Semi. Quoniam ordo ſeu gradus Semi qui eſt Malchiſedec, eſt ſuperius, cum rege Meßia primo & vero, qui eſt ſacerdos in æternū ſecundū ordinē Melchiſedec. Quia quū eſt eleuatus in Cœlū rex Meßias ſuſtulit ſuā dignitatē ſecū, & dignitatē Malchiſedec vt eſſet ibi ſacerdos in æternū. Sed cupiditas & impietas, & ſuperbia miniſtrorum ſuorum inferiorum, ſiue inter Leuitas, ſiue inter Chriſtianos occiderunt deſtruxerúntue ordinem ſuum in inferioribus, nec eſt qui inter ipſos faciat bonum, ſed omnes auaritiæ ſtudent, irriſores, blaſfemi, & impij vſque in infinitum, & ſic occiderūt ſeipſos primo cum impietate ſua, & poſteà occiderunt fratres ſuos, quorum ordo eſt in Regno. Et ideò neceſſe eſt quòd Elias quē ſuſcitauit rex Meſſias vt aſcendat cum eo in Ieruſalem, ſit reſtitutus in loco ſecundo cum Seth pro Abele. Quoniam ſacerdotium ipſius Caini ipſius Semi, & ipſius Leui erat primum, quod eſſet in inferioribus, ſed eſt ſecundū reſpectu ſuperiorum datorum Adamo primo, ſecundum gradum ipſius Euæ ad gradum Adami. Et hæc res ſic eſt facta, propter ordinem Naturalem, eò quòd mundus inferior producit ipſas formas de potentia materiæ, quæ eſt reſpectu fœminæ ad generandum filios. Eſt enim neceſſarium quod ſicut Deus & cauſa prima ſe habet ad intellectum Agentem, & intellectus Agens ad poßibilem, & Angeli miniſterij ad cœlum, & Cœlum

ad

ad Terram, et Masculus ad Fœminam, sic se habeat Terra ad Cœlum, vt producat de se omnia ab inferiori ad superius, & sic Fœmina erga Masculum ad generandum filios, & Ecclesias Domino, ad generandum filios bonos & spirituales seminatos in medio eius cum ratione humana, à creatore ipsius matris, qui seminat per modum Authoritatis & ordinis, instar seu modo Canaliũ effundentium Spiritus & Mentes, quæ de ipsius creatoris proprietate sunt. Et ideo Eua quum peperit filium suum Cain dixit, Possedi virum cum Iehouah seu per Iehouah, quum esset illi dicendũ, Adam vir meus possedit filiũ, eò q̃ filij sunt magis ipsorũ patrũ q̃ matrũ, vt est clarũ in tota lege & in Ratione Naturali. Sed Eua quæ est similitudo mũdi inferioris (sicut Maritus eius est similitudo superiorum) dixit filios suos, non mariti sui. Quia etiã primus qui sit in ĩferioribus et maxim⁹ qui sit inter homines, est extractus de spiritũ ipsius sicut ipsa est educta à mẽte eius ipsius sui mariti, q̃ ipsa ab ipsi⁹ Mẽte cũ tota eius substãtia educta est et extracta, antequã ædificaretur in Viraginẽ, per manus sui creatoris. Et ideò est nobis sciendũ, quòd quũ sunt creati Adã primus & Eua noua creati sunt à supernis deorsum. sine semine & sine matrice, vt essent super omnes filios carnis magis dominãtes & generãtes in illis cũ mente & spiritu suo quàm essent generantes cũ corporibus & animabus, aut cũ semine suo, sic necessariũ est toti mũdo,

vt sit subditus, seu in seruitutē reductus sub Mente et spiritu, qui erāt in ipsis, cū creati sunt. Et ideo sicut creator benedictus emanare fecit in eos de suo & primo ipsi viro, & postea Viragini de eo quod erat, & suū & ipsius viri & mariti, sit necesse est omnino vt darēt de suo filiis & filiabus, ad hoc vt ascēderētab inferiorib⁹ sursum, sicut ipsi descēderāt a summo deorsum. Quoniā illi duo soli erant instar mūdi totius. Adā sicut mūdus superior, Eua sicut inferior, eo quod collectū erat & impactū in eis totū semē Naturæ humanæ. Ideo quū peccauerūt & absciderūt plātas & occiderūt totū semē suū, fuit necesse omnino, quod in locū Adami peccatoris, vt restituātur superiora, nasceretur Adā nouus qui est rex Meßias in suo primo aduētu, et vt in locū Euæ peccatricis, et quæ absciderat plantas ædificaretur Eua noua, & plena de spiritu ipsius & de substātia corporea ipsius mariti sui superioris, cuius aduētus secūdus necesse est vt sit intra illā, in adiutorio suo simile sibi, ad faciendū resurrectionē primā oībus filiis Adā. qui sunt occisi per peccatū priorū. Et ea de re oēs secūdi sunt electi, eo quod ipsi nō erat bonū etiā in Paradiso vt esset primus homo solus, & tanto magis rex Meßias. Et ideo Elias profeta cū Mēte ista & cū spiritu isto, qui est in medio mei in loco Caini sub Dñio Patris nostri & matris nostræ qui sunt in cœlis, ipse per manū nostrā restituet oīa in locū suū. Aduētus primus regis Meßiæ fuit vt vir esset in domo sua in terra Israel pro filiis pa

Cti

cti, et postea pro totomundo, ad redimendũ peccatũ ipsius animæ. Secundus autem est in occasu pro toto mundo & postremo per filiis pacti, vt fiant ex illis filij pacti sempiterni mundiúe totius in loco Terræ Israël, quum venerint ad pœnitentiam veram. Porro quia totum opificium mundi completum est, quũ ædificata est Adama ex Adam seu Virago ex viro Rex Messas dictus est שלה sillob quasi dicas illius ipsius matris solius, & non ipsius patris. Quia siue in aduentu eius primo siue in secundo est ex matre solummodo genitus, sine semine materiali Patris. Sed in aduentu primo qui est corporalis & materialis, erat virtus spiritus superioris & colligati cum sua diuinitate quæ virtus est Intellectus agens & continens omnes Sefiroth siue superiorum intelligentiarũ orbes, & omnia nomina Dei, & omnes proprietates seu attributa vsque ad Coronam, quæ est intellectus possibilis principium. Et hic est spiritus sanctus cum quo creatus est mundus totus. Et ideo quia est causa formalis formans mundum totum, & præcipue omnem vim masculinam & seminariam, quæ exit à masculo in fœminam, non habebat necesse, in sua generatione, de semine masculi, sed de fœmineo solum. Ast in suo secundo aduentu spirituali in medium ipsius Eliæ profetæ, ipse accipit de eo quod est suum, & ponit intra Coronã, quæ est intellectus possibilis, & qui est sub intellectu agente sicut fœmina est sub viro suo. Et sic in suo filio primogenito, genito in Elia in locum Caini ve-

nit secunda vice, & manifestauit seipsum filio suo in fœmina solum, & sic est שלה Silloh, quasi dicas fœ minæ ipsius. Et hoc est secretorum secretum. Et sic tota virtus quæ est in decem Sefiroth est in Atarah seu in Corona sola ad eius generationem de sole superiori, cuius lumē datum est ipsi, vt generentur ex ea omnes lucernarū prīcipes qui sunt אישים Ißin.i.viri. Et ideo dicunt in orationibus Elias propheta, Elias profeta, Elias profeta, tribus vicibus. Quia venit cū mente ipsius regis Meßiæ qui est Adam nouus. Et ideo est absorptus in substantiam regis Meßiæ vnà cum Mose quum visus est in nube super montem Tabor, quando transfiguratus est, & vertit figuram in mirabile. Venit autem secunda vice in spiritu ipsius Euæ nouæ, quæ de substantia sponsi sui est ædificata, & cum spiritu & anima sua, quæ est virtus superior, data pro Caino, pro Moseh, pro Elia, pro Iohanne Baptista, & in finem dierum data & conseruata ipsi profetæ quem de medio nostri suscitabit dn̄s sicut Mosem. Et quia necesse erat vt Rex Meßias veniret duabus vicibus, Deus duplicauit verbum suum. Prima vice dicit: Profetā de medio tui, de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus, &c. Secunda autem vice dixit Deus per seipsum: profetam suscitabo vobis de medio fratrum vestrorum, similē tui, & ponam verbū meum in ore eius. Versus primus est pro aduentu primo & secundus pro secūdo. primus enim est factus à Deo ex infinito non cogni-

to inter nos pro Meßia filio Dauid filio Abrahã. Sed versus secundus est pro aduentu secundo, in quo ipse Rex factus instar nostri loquitur, ad denotandum, quod ipse pro se loquitur verbum. In eius aduentu primo dictum est, illum audietis secundum ea omnia quæ petiuisti de cum domino deo tuo in Horeb, in die congregationis dicendo, Non addam vt audiam ipsam vocem domini dei mei, & ignẽ istũ magnum, non videbo amplius ne moriar: Et propterea non viderunt suum Meßiam in suo aduentu primo, sed cognouerunt eorum Sapientes quia est sublatus in cœlum ab oculis eorum & stat in spiritu suo cum Auxilio Adiutorioúe eius simili illi in regno ipsius Romæ impiæ, vsque ad diem quo sese ostendet in suo aduentu secundo, de quo sic dictum est. Et erit, quicunque non audierit verba mea quæ ipse loquetur, ego ex ipso requiram. Clarũ est quod ipse per se est profeta primus, & ignis magnus loquens per seipso, & aquo timent, & non receperũt eum, filij pacti. Et ideo ab aduentu eius primo, filij pacti sunt exules à terra Israël in toto orbe, propterea quia expulerunt seruatorem suum extra omnẽ potentiam, extra Ecclesiam suam, extra Terrã Israël, & extra vitam, quia occiderunt eum, & absciderunt eum per manus Cæsaris. Et nunc in eius aduentu secundo, loquitur pro seipso, & per profetam Eliam quem misit in locum suum, ad loquendum ea verba quæ posuit in eius ore. Necessarium autem est omnibus hominibus, quod audiant illum,

& illi obediant per rationem Naturalem superiorem, quæ data est in ore eius: aut necessariũ est quod anima illa quæ non audierit deleatur ex populo suo & de vita ista abscindatur. Quia sicut in eius aduentu primo excisus est de vita præsenti, ob peccatũ mundi vniuersi, & secundum quod afflictus à filiis pacti, non aperuit os suum, ad maledicendum aut imprecandum illis, sed orabat pro illis quum occiderent eum, & quum illi extrema mala facerent, sic necesse est, quod Elias profeta veniens in nomine suo, abscindat de populo suo omnem animam, quæ non voluerit audire eius verbum rationale. Et sic erit in die illa Germen domini in magnificentia, sicut scriptum est in Ionatani Targumo. Erit Messias domini in gloria. Postquam enim fuit in approprio in seipso, erit in magnificentiã, & in decus & in victoriam, & in gloriam in æternum, & in seculum seculi. Et sic opus est, vt per modum sensus literalis sit in venturo seculo quicquid ibi scriptum est. Et sic erit princeps pacis in inferioribus per manum profetæ sui sicut fuit ad hanc diem in cœlis, & in bonis viris tantũ. Et ipse videbitur maior, quũ fiet princeps pacis, per manus seruorum suorũ, quã esset quum fieret à seipso, sicut sunt omnes principes terræ. Targum autem Ionatani super hoc princeps pacis sic habet. Messias pacis. Et omnis versus & verbum quod ibi scribitur, de illo dicitur. Sed quia procedet de probro ad gloriam, & de bello ad pacẽ, videtur quod est extractus de radice vna in aliam.

Et hoc eſt quod dicitur: Quia de radice serpentis, naſcetur Regulus, Targũ Ionatani. Prodibit Meſſias. Et hoc eſt ſcriptum, Quia de radicibus ſpumæ quam inſtillauit malum figmentum ſuper Euam maledictam, exiuit mater mundi, & Eua noua, de qua natus eſt eius primogenitus princeps mundi inferioris, qui eſt profeta ſecundus, veniens in nomine primi, & etiam de radice mali originis quã habeo, facta eſt ſubſtantia noua quam habeo, per ſpiritum matris meæ Iehochannæ. Et hic eſt ſerpẽs factus in Serpentem æneum qui erat in deſerto factus à Moſe ad ſanandum ipſos Iſraelitas demorſos à Serpente. Serpens autẽ dominatur & regnat in toto mundo, & maxime in corporibus noſtris & animabus noſtris quouſque facti ſumus vti ſerpentes. Et de hoc ſerpente quod eſt in corpore noſtro dominans & conuertens illud ad ſui ſimilitudinẽ, factum eſt ſine peccato corpus regis Meſsiæ & corpus etiam matris mundi. Sed in me quia ego ſum radix peccati factus eſt regulus ex ſerpente. Nec enim ipſe, nec ipſa peccauerunt, ſed caro in ſimilitudinem carnis peccati eſt in vtroque, ſed antequam immutatio mea facta ſit in me, radix ſerpẽtis erat in medio mei. Et etiam non erat in Adamo primo & in ſuo adiutorio quicquam de peccato ab initio. Sed ſuper eos ab extrinſeco ſerpens inſtillauit ſemen malum. Verum radix prima quæ exiuit ex eorum medio & ex ſemine eorum eſt Cain qui eſt radix ſerpentis. Et ea de re procedit ex eo regulus, cuius

fructus & semen est præster seu serpens ardens volans. Et pascet primogenitos pauperum, & egeni in spem accubabunt, & occidam radicem tuam (o Satan) fame, & reliquiæ tuæ occidentur. Reliquiæ sunt Babel & omnia membra Satanæ. Et nunc ædificabimus cum mente eius, & spiritu eius tabernaculum gloriæ eius, & præparabitur in misericordia soliũ, vt scribitur in Ionatani Thargumo super illud, Sic Meßias Israelis restituet in bonum solium suum. Et hoc est, quia de Moab prodibit Meßias in suo aduentu secundo, sicut in suo aduentu primo exiit ab Isaac. Sunt enim Moab & Isaac sicut Esau & Iacob, aut FareZ et Zarach. Sed non nobis domine non nobis ast nomini tuo da gloriam. Quis nim sum ego, aut quis est seruus tuus? Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & ecce erant valde bona & etiam essentia ipsius Satanæ, & Materiæ mali originalis. Et ideo ipse Satan à seipso de suo cum voluntate sua mala conuertit seipsum à bono in malum. Et sicut erat bonus valde, quum esset adhuc angelus bonus, & minister naturæ, sic factus est malus vsque valde, & sic à seipso & de proprio suo confudit omnia, & fecit etiam ex bonis valde, mala valde, maxime in natura humana, & sic facta est radix serpentis & afflictio seu malitia spiritus, & rebellio materialis. Et ideo neceße est omnino, quod inde procedat Meßias, qui non in nomine suo nec ad gloriam suam, sed ad gloriam Meßiæ superioris, qui est Deus benedictus restituat omnia in suũ

locum

locum, vt à principio. Et hic est Regulus de radice serpentis, quam immisit Satan cum sua spuma super eum. Et sic ab Aquilone, vnde obortum est malum super faciem vniuersæ terræ, adferetur aurum. Et ideo scripsit Iob, Ego scio redemptorem meum viuum, & in vltimis temporibus super puluerem surget. Et postea pellem meam hæc circundabit, & de carne mea videbo Deum. Quia puluis & caro est cibus ipsius mali figmēti ambulātis super pectus suum. Et licet sit puluis hic cibus eius, Iob sciebat cū probatione & naturali ratione, quia redēptor eius & noster viuebat in medio ipsius pulueris, & quod inde insurgeret redemptor in sua substantia primo, & postea surgeret in medio nostri in carne nostra, & in puluere nostro, in nostra resurrectione prima, contra quam mors non potest quicquam, quum videlicet ista quæ est mater nostra Eua noua, circundederit pellem nostram, quæ tanquā clibanus exucta est ab igne & combustione serpentis, quoniam Rex Meßias de peccato damnauit peccatū, & de morte mortem perdit, quia Deus potest facere ens ex nihilo, & quanto magis bonum de malo, & contrarium ex contrario? Creator solus facit ens ex nihilo. Creator creatus qui est Rex Meßias facit vtrunq; bonum ex malo, viuum ex mortuo, & ens ex nihilo. Ideo est omnino necesse vt sit vnus Meßias inferior instar Fœminæ sub viro suo, & corporis sub animo suo, qui resurgat in locum Caini eo quod fuerat ordinatus à Deo, vt esset pontifex seu

Meßias inferior, sub potestate ipsius Meßiæ superioris. Et ideo erat necessarium vt de puluere quem comedit serpens ex corpore Caini occiso à peccato, exiret Elias in locum eius. Quia spiritus & virtus generalis data est Eliæ, in secundo gradu, post Regẽ Meßiam. Et necessarius est Elias vt veniat, & quũ venerit omnia restituat, sicut profetauit Meßias supremus & benedictus in bona annunciatione sua quam Euangelizauit nobis. Est autem omnino necessarium vt sicut in Sapientia sua Deus opt. ma. formauit mundum suum cum clara cognitione singularum rerum quas creauit, sic in ea ipsa Sapientia restituat. Quoniã sicut in potentia ipsius Dei abscondita sunt omnia singuláque, & nõ est ibi distincta reuelatáue res vlla, in Sapientia autem omnia sunt reuelata expressáue priusquam de potentia in actum exeant, ob hanc causam hæc proprietas est cõiuncta cũ mẽte & spiritu regis Meßiæ. Et ideo necessariũ est quod hæc proprietas sit ĩ corpore nostro humanata, vt faciat sibi in medio nostri regnũ pro toto mundo, sicut creauit totũ mũdũ in forma sua. Equidẽ sicut ordinauit in mũdo tres Coronas, vnam pro Sacerdotio, alteram pro regno, tertiam pro Iudicio seu pro lege, Primam in Creatione, alteram post Diluuium, & tertiam in manu Abrahami patris nostri bon. mem, sic est necessarium vt sint tres Coronæ sicut vna, & vna sicut tres. Ideo Moses magister noster, qui est in loco tertiæ, quæ est ipsius Abrahami aut legis, instituit Sacerdotes

prin-

principes & senes vt essent omnes iudices, & sic samuel & Hely Sacerdotes erant Iudices, & Iehosua erat Iudex, & selomoh petiuit Sapietiam vt esset iudex. Ideo videtur quia in tertio loco est iudicatio in secundo regnum, & in primo Sacerdotium. Sacerdotium autem est quasi Potentia quæ finem non habet, & de qua exit Sapientia infinita, de quibus ipsis ambabus procedit Voluntas aut Beneuolentia quæ dat omnibus quod suum est. Quoniam sicut creauit omnia cum Potētia infinita, & cum sapientia infinita & cum Beneuolentia infinita sic vult Regi mundum suum cum Sacerdotio instar Potentiæ, cum Regno instar sapientiæ & cum Iudicio instar Beneuolētiæ. Et propterea in tempore Naturæ erat Sacerdotium latens vsque ad diluuium, & post diluuium erat Sacerdotium & Regnum vna, eò quòd Sacerdotium sine Regno quod destructum fuerat in Abele non stabat, & non videbatur, sicut Anima sine corpore, sicut ostensum est in Semo cuius nomen est Rex pacis & misericordiarum, & Malchisedec Iusticiæue Rex, quorum primum est pro Sacerdotio, & secundum pro Regno. A Mose autem ad Saulem Iudiciū erat in loco tertio. Et propterea quòd, postquàn petiuerunt Regem & Regnum, reliquerunt ipsum Deum suum & Samuelem Sacerdotem suū, destructus est ordo tertius ipsius iudicij. Quia in loco tertio ipsius iudicij erat Sacerdotiū minus quàm esset in suo loco primo. Et ideo rex Mesias non vo-

luit esse sacerdos secundum ordinem Leui, sed secundum ordinem Melchisedec, quia Sacerdotium in suo loco primo est in sua dignitate magna, & sic regnũ in secundo loco, & non in primo aut in tertio. Et sic opus est ad restituendum tria tempora & proprietates eorum quod aduentus Meßiæ primus esset ad restituendum Sacerdotium cum Salute partis superioris quæ sit in homine, quæ lingua Latina Animus dicitur, cuius cõsummatio & perfectio est Mẽs Meßiæ. Ideo secundus eius aduentus est ordinatus ad restituendum Regnum cum salute Animæ aut partis inferioris quæ sit in homine, quæ Latina lingua vocatur Anima, cuius perfectio est à spiritu, cuius apex est in sponsa agni qui tollit peccata mũdi totius, qui infundit in eam omnia illa quæ sua sunt. Sed in suo aduentu tertio in futuro venturo sæculo veniet ad restituendum iudicium, & ad iudicandum totum mundum cum Anima & Corpore simul, & ad repurgandum cum igne totum mundum, & ibunt impij ad gehennam, iusti autem in vitam sæculi sæculorum æternam in æternum & vltra ad victoriam. Et ideo aduẽtus eius secundus, qui nunc factus est, & completus in spiritu Eliæ, extracto ab Eua noua, in locum Caini primogeniti mundi, est ad restitutionẽ Regni Noachi, dati ipsi Iapeto & filiis eius, sicut primus fuit ad restitutionem Sacerdotij superioris dati Adamo primo, sicut positum erat Regnum in loco secundo ipsius Euæ, & postea vtraque sunt tradita Semo qui vocatus

catus

catus est Rex salem siue Pacis. Et hic debet Elias restituere omnia cum Naturali Ratione cognita & intellecta omnibus hominibus. Quoniam hæc naturalis ratio est ad instar Fœminæ Viraginísue sub Marito sponsóue suo. Authoritas autem est superior sicut Maritus supra sponsam suam. Et ideo sicut aduentus primus fuit ad ponendum authoritatē Regis Meßiæ in toto mundo, sic necesse est quod aduentus secundus sit ad ponendum Authoritatē & Rationem instar vnius, vt sit mūdus totus instar Domus vnius sub authoritate mariti, & sub ratione Viraginis erga omnes filios eius. Quia est credendū omni verbo antequam intellectus & Ratio huius talis verbi veniat in animam. Et ideo finis omnis negotij fidei est in Authoritate Patris nostri, intellectus autem in Ratione Matris nostræ & Charitas & Misericordiæ viscerales sunt instar vtriusq; vt faciant in toto mūdo sicut faciunt in vna bene ordinata domo.

Amen, amen.

AEre proprio ista excudi curabat G. Postellus Parisiis.

1552.